beatus Johannes suam personam designat ex officio quod describere vitat ex notabili. Illo autem perennis et verendum est quod dicit qui testimonium perhibet de hijs. Perhibuit quippe testimonium verbi dei predicando, perhibuit scribendo, perhibet denuo eadem que scripserat docendo, perhibet etiam nunc cum vigeret quod descripsit etiam legendum per mundum. Si quidem a tempore dominice passionis resurrectionis et ascensionis in celum usque ad ultimam domitiani principis tempora per annos fere lx. et quinque absque ullo scribendi amminiculo verbum predicabat. At ubi a domitiano qui secundus post neronem christianorum persecutor extitit exilio missus est irrumpentes in ecclesiam heretici quasi in destitutam pastore ovilia lupi marcion cherinthus et ebyon ceterique antichristi qui christum fuisse ante mariam negabant simplicitatem fidei eum perversa maculavere doctrina. Sed dum ipse post occisionem domitiani permittente pio principe nerva rediret ephesum compulsus est ab omnibus pene tunc asie episcopis et multarum ecclesiarum legationibus de coeterna patri divinitate christi altius scribere sermone eo quod in eiusdem trium evangelistarum scriptis matthei scilicet marci et luce de humanitate eius ac de hiis que per hominem gessit sufficientes sibi videretur habere testimonium. Quod ille se non aliter facturum indixit nisi indicto ieiunio omnes in commune dominum precarentur ut ille digna scribere posset. Et hoc ita

pacto ministrante revelatione ac sancti spiritus gratia debriatus omnes hereticorum tenebras patefacta subito veritatis luce dispersit. In principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum. Similiterque reliquis totum sibi per morem cursum faciens dominum nostrum ihesum christum sicut verum hominem ex homine temporaliter factum. Ita etiam verum deum ex deo deo coeternaliter natum ex eum patre et spiritu sancto semper existente clarissima assertione predocuit. Omnia dominice veritatis verba dum capitula alti mortalium nulli licuit archanum reseravit. Et hoc virgini privilegium recte servabatur ut ad scrutanda verbi incorruptibilis sacramenta incorrupto ipse non solum corde sed et corpore procederet. Denique de eius veritate quod sic nemini ambigendum ipse innotavit ore dicens. Cum tu dixisset hic est discipulus qui testimonium perhibet de hiis et scripsit hec totius subiecit et ait. Et scimus quia verum est testimonium eius. Ergo et nos tamen ceteris fidelibus scimus verum esse testimonium eius curemus porro ut veram fidem intelligendo veram operatione docendo que docuit ad dona sempiterna que promisit pervenire mereamur per dominum nostrum ihesum christum f. i. tu q. t. v. r. n. igitur

[N]unquam quo — Sermo augustini episcopi — est, cum apostolus petrus prese tertio manifestavit discipulo

dixerat ihesus sequere me de apostolo
autem iohanne sic eum volo manere do-
nec veniam quid ad te. Huic con-
quatuor dominus ipse donavit sine pre-
tutitudine sine prolixitate sermonem
novissimum operis istius expediunt.
Cum igitur primo insinuasset dominus petro qua
morte clarificaturus esset deum dixit
ei sequere me. Conversus petrus vidit
illum discipulum quem diligebat ihesus
sequentem qui et recubuit super
pectus eius et dixit domine quis est
qui tradet te. Hunc cum vidisset petrus
dixit ihesu domine hic autem quid. Dixit
ei ihesus. Sic eum volo manere do-
nec veniam quid ad te tu me se-
quere. Exivit ergo sermo inter fratres
quod discipulus ille non moritur. Et non
dixit ihesus quia non moritur sed sic
eum volo manere donec veniam
quid ad te. Ecce quomodo in hoc evangelio
conceditur quod que sua profunditate
non mediocriter mentem sanctam
exercet. Cur enim dicitur petro seque-
re me nec dicitur ceteris qui simul ad-
erant utique cum sicut discipuli
magistrum sequebantur. Sed si ad pas-
sionem intelligendum est nunquid
solus pro christiana veritate passus
est petrus. Nonne ibi erat in illis
septem alius filius zebedei frater
Johannis qui post eius ascensionem
ab herode manifestatur occisus
bili ab dixit quia non est Jacobus
crucifixus merito dictum esse petro

sequere me qui non solum mortem sed
etiam mortem crucis sicut christus perpessus
est. Sit hoc si nichil aliud quod
sit convenientius potest inveniri. Cur
ergo de iohanne dictum est. Sic eum volo
manere donec veniam quid ad te et re-
petitum est tu me sequere tamquam ille ideo non
sequeretur quia eum manere voluit donec
veniat. Cuius facile dictu aliud
esse credat quam quod fratres crediderunt qui tunc
aderant et quod scilicet non esset dis-
cipulus ille moriturus sed donec ihesus
veniret ita maneret in vita. Sed hanc
opinionem iohannes ipse abstulit non
hoc dixisse dominum aperta contradictione
declarans. Cur enim subiungeret non
dixit ihesus non moritur nisi ne
hominum cordibus quod falsum fuit inhere-
ret. Sed si cui placet resistat ad-
huc et dicat verum esse quod ait iohannes
non dixisse dominum quod discipulus ille
non moritur sed hoc tamen significatum
de talibus verbis qualia eum dixisse
narravit et asserat iohannem apostolum
vivere atque in illo sepulcro eius quod
est apud ephesum dormire potius
eum quam mortuum iacere contendat. Assu-
mat in argumentum quod illic terra
sensim scaturire et quasi ebullire perhibetur
atque hoc eius anhelitu fieri sive
constanter sive pertinaciter asseveret.
Non enim possunt deesse qui credant
si non desunt qui moysen asserunt
vivere quia scriptum est eius sepulcrum
non inveniri et apparuit cum domino
in monte ubi et helyas fuit quem

mortuum legimus non esse sed nisi penitus
moysi corpus non potuit alicubi
sic abscondi ut prorsus homines laterent
ubi esset atque inde ad horam divinitus
excitari quando cum xpo helyas ut ipse sunt
visi sicut ad horam multa sanctorum corpora
surrexerunt quando passus est xpus et
post eius resurrectionem apparuerunt
multis ista sicut scriptum est ante
Sed tamen dicunt ut ceperam siquidem
moysen mortuum negant quem scriptura
ipsa ubi sepulchrum eius nusquam inveni-
retur mortuum tamen esse sine ul-
la ambiguitate testatur. Audito magistro
iohannes expositor ordine verborum ubi
dominus ait. Sic eum volo manere do-
nec veniam credit vivum dormire sub
terra que tradunt quod etiam in qui-
busdam scripturis quamvis apocryphis re-
peritur quando sibi fieri iussit sepulcrum
incolumis fuisse presentem eo quod ef-
fosso et diligentissime preparato ibi
eum se tamquam in lectulo collocasse
statimque esse defunctum. Ut autem isti
putant qui hec verba domini sic in-
telligunt non defunctum sed defuncto
similem occubuisse et cum mortuus
putaretur sepultum fuisse dormien-
tem et donec xpus veniat sic ma-
nere suamque vitam scaturigine pul-
veris indicare qui pulvis creditur
ut ab imo ad superficiem tumuli ascen-
dat flatu quiescentis impelli. Huic
opinioni supervacaneum existimo
reluctari. Viderint enim qui locum
sciunt utrum hoc ibi faciat vel pa-
tiatur terra quod dicitur quia et revera

non a levibus hominibus id audivimus.
Interim cedamus opinioni quam certis
documentis refellere non audemus
valemus. Sed rursus aliud quod
a nobis queratur occurrit cur sci-
licet mortuum ipsa humus quo-
dammodo vivere ac spirare videatur. Sed
nusquam huic ista solvit quod si magis
non miraculo quia potest facere deus
omnipotens tamen diu vivum corpus
in sopore sub terra esse donec ve-
niat terminus seculi quod immo fit
amplior et difficilior cur dis-
cipulo illum quem pre ceteris diligebat
tam ut super pectus eius discum-
beret principio munere
longum in corpore donavit sopo-
rem cum beatum petrum pergentem mar-
tyrium a bono ipsius corporis
solvit eique concesserit quod apostolus
paulus se concupisse dixit et
scripsit dissolvi et esse cum xpo
Sed autem quod magis creditur
iohannes sanctus ait non dixisse
dominum non moritur ut illis ver-
bis que dixit voluisse intelligi
putaretur corpusque eius in sepul-
cro esse dormientis sicut aliorum mor-
tuorum iacet restat. Ut si vere
ibi fit quod sparsit fama
de terra que subinde ablata sic
crescit aut ideo fiat ut eo modo
commendetur preciosa mors eius
quam non eam commendat martirium
non enim eum pro fide xpi persecutor
occidit vel propter aliquid aliud quod

nos lateat manet tamen questio
cur dixit dominus de homine mori
turo. Sic eum volo manere donec
veniam. Illud etiam in hiis duo
bus apostolis petro et iohanne quem
non moveat ad querendum cur
Iohannem plus dilexerit dominus cum
ipsum dominum plus dilexerit petrus
Ubicumque enim se commemorat iohannes
ut nomine suo tacito ipse possit in
telligi hoc addit quem diligebat
bat ihesus quasi solum diligeret
Ut hoc signo discerneretur a cete
ris quos utique omnes diligebat
nisi Quid tamen ~~nisi~~ amplius se dilectum
cum hoc diceret volebat intelligi
quod absit ut mentiatur diceret
Quid autem maius dare potuit
ihesus amoris erga eum sue
dilectionis indicium quam ut homo cum
ceteris condiscipulis suis potius tante
salutis solus tamen discumberet
super pectus illius salvatoris
Porro quod amplius petrum plus
hiis dilexerit christum multis
quidem documentis probari sed ut longe
a alia non commemoremus in promptu est
manifestacionis domini paulo superiori
lectione quam ista precedit satis evidenter
apparet ubi interrogabat Diligis me plus hiis
etiam nos qui legimus evangelium
amorem petri erga dominum illo
interrogante isto respondente nosse
mus. Quid autem in eo quod respondit
Petrus amo te non addit plus
hiis hoc respondit quod de ipso sciebat

Non enim quantum ab alio quolibet di
ligeretur scire poterat qui cor alterius
videre non poterat sed tamen superioribus
verbis dicendo etiam domine tu scis quia
amo te satis et ipse declaravit scien
tem dominum interrogasse quod interroga
vit sciebat ergo dominus non solum quod
diligeret eum verum etiam quod plus illis eum
diligeret petrus et tamen si proponi
mus querentes quis duorum sit me
lior utrum qui plus an qui minus
diligit christum quis dubitabit respondere
eum qui plus diligitur esse meliorem
Item si proponam quis duorum sit melior
utrum qui minus an quod diligitur plus
a christo eum qui plus diligitur a christo
meliorem procul dubio respondebimus
In illa comparacione quod prius posui pe
trus Iohanni in hoc non alter iohannes
antepositus petro. Deinde etiam si
proponimus quis e duobus discipulorum
melior qui minus quam condiscipulus eius
diligit christum et plus quam condiscipulus
diligitur a christo an ille qui minus
quam condiscipulus eius diligitur a christo cum
plus ipse quam suus condiscipulus dili
gat christum hic plane cunctabitur
responsio et augetur questio. Quantum autem ipse
sapio meliorem qui plus diligit
christum feliciorem vero quod plus dili
gitur christus facile videre. Si iu
sticiam liberatoris nostri minus eum
diligentis a quo plus diligitur et
eum plus a quo minus diligitur quem
admodum defenderemus

Agitur dicit quoniam in eius imaginis est occulta iusticia desolacionem conue tem urgenti pluribus que ipse done vit disputacione hucusque cum proposita est non exposita. Exponende vero eius hoc sit exordium ut meminerimus in hoc triumphali carmine quod agitur autem vitam nos viuere miseram. Sed quia iam redempti per mediatorem sumus et spiritum sanctum pignus accepimus beatam vitam in spe habemus et si re ipsa non dum tenemus. Spes autem que videtur non est spes. Quod enim quis videt quid sperat. Si autem quod non videmus speramus per pacienciam expectamus.

In malis autem que quisque patitur non in bonis quibus fruitur opus est paciencia. Hanc itaque vitam de qua scriptum est. Numquid non temptacio est vita humana super terram in qua cottidie clamamus ad deum libera nos a malo concessit homini adhuc etiam remissis peccatis quamuis ut in eam veniret miseria primum fuit causa peccatum productior est enim pena quam culpa ne parua putaretur culpa si cum illa finiretur et pena ac per hoc vel ad demonstracionem debite miserie vel ad emendacionem vite labilis vel ad exercitacionem necessarie paciencie temporaliter hominem detinet pena etiam quem iam ad dampnacionem sempiternam reum non detinet culpa. Hec est istorum dierum quos in hac mortalitate agimus malos quamuis in ea diligamus videre dies bonos. Offendimus quidem secundum nostre repugnancie de eadem condicione. Venit enim de ira dei iusta de qua scriptum

loquens homo in quantum natus de muliere breui uite et plenus ire cum ira dei non sit ut hominis id est perturbacio concitati animi sed tranquilla iusti suppliciorum constitucio. In hac ira sua deus continens sicut scriptum est miseraciones suas preter illa solacia misericordiarum que genti humano prebere non cessat in plenitudine temporis quo ipse sciebat esse hoc faciendum misit filium suum vnigenitum per quem creauit vniuersa ut manens deus fieret homo. Ut esset mediator dei et hominum homo christus ihesus. In quem credentes per lauacrum regeneracionis soluto reatu omnium peccatorum et originalis scilicet quod generacione contraxit ceterorum quam in propria regimine et institutum rectorem quam male agendo contractum sit liberaretur ad vitam perpetuam et viueret in fide spe et caritate peregrinantes in hoc seculo atque in eius temptacionibus laboriosis et periculosis consolacionibus autem dei et corporalibus et spiritualibus ambularet ad conspectum eius viam tenentes que factus eis est christus. Et quia in ipsa quoque ambulantes non sunt sine peccatis que de huius vite infirmitate subrepunt dedit elemosinarum remedia salutaria quibus eorum adiuuaretur oracio ubi eos dicere docuit dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Hoc ait etiam spe beata in hac vita erumpnosa agit ecclesia cuius petrus apostolus propter apostolatus sui primatum gestabat figuratam generalitate personam. Quod ei

ppe ptinet a dignu natiuu vnus
homo erat gra vni9 xpianus
habundancie gracia vnius ide primus
aplus. Sed qui ei dictum est tibi
dabo claues regni celorum et
quodcumqz ligaueris sup terra erit ligatu
tum et in celis et quodcumqz solue
ris sup terram erit solutum et in celis
vniuersam significabat ecclesiam
que in hoc seculo diuersis temptaci
onibz velud ymbribus fluminibus
bus tempestatibusqz quatitur
et non cadit quia fundata est supra
petram vn petrus nomen accepit
non enim a petro petra sz petrus
a petra sicut non xpus a xpiano
sz xpianus a xpo vocatur. Ideo
quippe ait dns sup hanc petram e
dificabo ecclesiam meam qz dixerat
ei petrus tu es xpus filius
dei viui. Sup hanc ergo petram in
quit quam confessus es edificabo
ecclesiam meam. Petra enim erat xpus
sup quod fundamentum eciam ipse edi
ficatus est petrus. Fundamentum quippe
aliud nemo pot ponere preter id
quod positum est xpus ihus. Ec
clesia ergo que fundatur a xpo
claues ab eo regni celorum accepit
pit in petro i. ptatem soluendi
ligandi qz peccata. Quod est enim proprie
tate in xpo ecclesia hoc est per sig
nificacionem petrus. Petra quia sig
nificacione intelligitur xpus petrus pe
tram ecclesia sz ergo ecclesia qz significa

bat petrus quia diu degit in
malis amando et sequendo xpm li
beratur a malis magis ante se
cus qui certat pro ueritate usqz ad
mortem sz vniuersitati eius dicitur
sequere me per quam vniuersitate pas
sus est xpus de quo dicit idem
petrus xpus pro nobis passus est
nobis relinquens exemplum ut sequamur
vestigia ei9. Ecce propter quod dictum
est sequere me. Est autem alia vita
in mortalis que non est in malis ibi
facie ad faciem videbimus quod hic
per speculum in enigmate videtur quando
multum in conspiciendo veritatis proficitur
duas itaqz vitas sibi diuinitus pre
dicatas et commendatas nouit ecclesia
quarum vna est in fide altera in spe
vna in tempore peregrinacionis. Altera in
eternitate mansionis vna in labore altera
in requie. Vna in via. Altera in patria
vna in opere actionis. Altera in mercede con
templacionis vna declinat a malo
et faciat bonum. Altera malum sz
a quo declinet malum non habet
sz quo faciat bonum. Vna cum hoste
pugnat. Altera sine hoste regnat
vna fortis est in aduersis. Altera
nichil sentit aduersi vna carnis
libidines frenat. Altera spiritualibz
delectacionibz vacat. Vna est vincendi
cura sollicita Altera victorie pa
ce secura. Vna in temptacionibz ad
iuuatur. Altera sine vlla temp
tacione in ipso adiutore letatur. Vna
subuenit indigenti Altera ibi est

ubi nullum invenit indigentem venia.
¶ Aliena peccata suadet ut sibi ignoscatur
ignoscat. Altera nec patitur quod ignoscat
nec sibi facit quod possit ignosci.
Una flagellatur malis ne extollatur
in bonis. Altera plenitudine gratie
caret omni malo, ut ulla temptatione
superbie coherreat summo bono. Una
bona et mala discernit. Altera que
sunt bona tantum cernit. Ergo una bona est
sed adhuc misera. Altera melior
et beata. Ista significata est per apostolum
Petrum, illa per Iohannem. Tota hic
agitur ista usque in huius seculi fine
et illic invenit finem. Differtur illa
complenda post huius seculi finem sed
in futuro seculo non habet finem. Ideo dicitur huic
sequere me. De illo autem sic eum
volo manere donec veniam quid
ad te. Tu me sequere. Quid enim est
hoc. Quantum sapio, quantum capio, quid
est hoc nisi tu me sequere per imitationem
perferendi temporalia mala. Ille maneat
donec sempiterna venio redditurus
bona. Quod apertius ita dici potest:
Perfecta me sequatur actio informata
mee passionis exemplo. Inchoata vero
contemplatio maneat donec venio
perficienda cum venero. Sequitur namque Christum
perveniens usque ad mortem pia ple-
nitudo patientie. Manet autem donec ve-
niat Christus. Tunc manifestanda
plenitudo scientie. Hic quippe tolerantur
mala huius mundi in terra morienti-
um. Ibi videbuntur bona domini in terra vi-
ventium. Quod enim ait: Eum volo ma-

nere donec veniam non sic intel-
ligendum est quasi dixerit remanere
vel permanere sed expectare quoniam quod
per eum significatur non utique nunc sed
cum venerit Christus implebitur. Quod
autem per hunc significatur cui dictum est
tu me sequere nisi nunc agatur non
pervenietur ad aliud quod expectatur.
Sed in hac autem activa vita quanto ma-
gis Christum diligimus tanto facil-
ius liberamur a malo atque
ipse nos minus diligit quales nunc
sumus et hic ideo liberamur ne tales
semper ita simus. Ibi vero amplius
non diligit quia quod ei displiceat
et nos quod a nobis auferat non
habebimus. Nec ob aliud hic nos di-
ligit nisi ut sanet et transferat ab his
que non diligit. Hic ergo minus ubi
nolumus manere. Ibi amplius quo
volt transferamur et unde non volt pe-
reamus. Amet ergo eum Petrus
ut ab ista mortalitate liberemur.
Ametur ab eo Iohannes ut illa inmor-
talitate servemur. Sed ista ratione ostend-
itur cur amplius Iohannem quam
Petrum amaverit Christus non cur
amplius Petrus quam Iohannes amaverit
Christum. Nam etsi plus nos di-
ligit Christus in futuro seculo ubi cum
illo sine fine vivemus quam in isto
ubi eruimur. Ut illic semper simus,
[illegible] nos tunc eum minus dilec-
turi sumus quando meliores erimus, cum
meliores utique nisi eum amplius di-
ligendo nullo modo esse possimus.
Cur ergo eum Iohannes minus diligebat

qua petrus significatur vita significabatur
in qua est multo amplius dilige
dus non quia propterea dampnanda est vola
cum mane i. compositae convencio
qua in ipsum amore qui tunc multo
amplior erit non dum habemus pro
sentibus conspiciamus. Sed cum ipse ve
nerit habebimus qualem sicut repla
sum idem dicit apostolus Non dum
apparuit quod erimus scimus quia cum ap
paruerit similes ei erimus quoniam vide
bimus eum sicuti est tunc et am
plius quem videbimus diligemus. Ipse
autem dominus illa que futura est vita in
mortalis qualis in nobis futura sit sci
ens praescius quo plus amat sed
ad eandem nos amando perducat
Nos ita quando vivimus sic ne vic domi
nica civitatis miseria manum pri
tem novimus quod scimus et mi
sericordia domini quam nobis de miseria
liberandis exhiberi volumus plus
amamus eamque cotidie maxime
pro peccatorum remissione possimus et ha
bemus hoc per petrum significatum est
plus amatum sed minus amatum
quod minus nos amat christus nisi fortes
quam beatos veritatis ante contemplacionem
qualis futura tunc est minus amat
quod nondum novimus nec habemus hoc
quoque prioleum perfectum est unum
amante atque ideo tandem et
ad eius in nobis amorem qualis
ei debetur implendum dominus venit
dominus consummante sed plus amatum
quod illud conpellum significatum est hoc

efficit beatum ex ilenio tui istos istos
nes apostolos separet et ideo quod signifi
cabat petrus ambo erant et ideo
quod significabat Johannes ambo futuri
erant significando sequebatur iste ma
nebat ille credendo autem ambo
mala presencia huius miserie tolle
rabant ambo futura bona illius beatitu
dinis conspiciebant nec ipsi soli sed
universa hoc facit sancta eciam sponsa
christi ab istis temptacionibus eruenda
in illa felicitate servanda quas duas
vitas petrus et Johannes figuraverunt
singuli singulas. Sed et in hac tem
paliter ambulaverunt ambo per fidem et ista
in eternum fruentur ambo per speciem. Om
nibus igitur sanctis ad christi corpus inseparabi
liter pertinentibus propter huius vite pro
cellosissime gubernaculum adliga
da et solvenda peccata claves regni
celorum primus apostolorum petrus acce
pit eisdemque omnibus sanctis propter illius
secretissime vite quietissimum secretum
super pectus christi iohannes evangelista discu
buit quia nec iste solus sed universa
sancta eciam ligat solvitque peccata nec
ille in principio erat verbum deus apud
deum et cetera. De christi divinitate et de
totius divinitatis trinitate atque
unitate sublimia quem illo regno
facie ad faciem contemplanda nunc
autem donec veniat dominus in speculo
atque in enigmate conmuendi sunt
que predicando ructavit de fonte domini
pectoris solus bibit sed ipse dominus ipsum

euangelium per singula enim ex capacitate omnibus suis scribendi toto terrarum orbe diffunditur. Sunt qui scripserunt et alii qui quidem non contemptibiles sacri eloquii tractatores et expositores iohannem propterea plus amatum quod neque uxorem duxit et ab ineunte pueritia castissimus vixit. Et hoc quidem in scripturis canonicis non evidenter apparet. Verumtamen illud quod multum adiuvat convenientiam huius sententie quod illa vita per eum significata est ubi non erunt nuptie. Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his. Et scripsit hec et scimus quia verum est testimonium eius. Sunt autem inquit et alia multa que fecit ihesus que si scriberentur per singula nec ipsum arbitror mundum capere eos qui scribendi sunt libros. Non spatio locorum credendum est mundum capere non posse que in eo scribi quomodo possent si scripta non fierent sed capacitate legentium comprehendi fortasse non possent quamvis salva rerum fide plerumque verba excedere fidem videantur. Quod non fit quando aliquid quod erat obscurum vel dubium causis et rationibus redditis exponitur. Sed quando illud quod apertum est vel augetur vel extenuatur nec tamen a tramite significande veritatis erratur quoniam sic verba rem que indicatur excedunt ut voluntas loquentis nec fallentis appareat qui novit quousque credatur a quo vel minus vel amplius quam credendum est vel minuitur lo-

quendo aliquid vel augetur. Hunc loquendi modum greco nomine non solum grecarum verum etiam latinarum litterarum magistri yperbolen vocant. Qui modus sicut hoc loco ita in nullis aliis divinis litteris invenitur. Ut est posuerunt in celum os suum et verticem capilli perambulantium in delictis suis et multa huiusmodi que scripturis sanctis non desunt sicut alii tropi hoc est locutionum modi de quibus opere prolixo disputare nisi evangelii termino terminante evangelium in sinu eius ipse compellerer meum terminare sermonem.

Sermo beati ysidori episcopi etc.

Sanctus iohannes evangelista inter quatuor animalia per aquilam significatur quia sicut ipsa pre ceteris avibus altius volitando conscendit ita et idem iohannes altius de divinitate quam ceteri evangeliste narravit. In principio inquiens erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum. Et cum ceteri de divinitate licet parum aliquid dixissent iste tamen plus omnibus narrat et non immerito. Hoc factum esse cognoscimus dignum quippe erat ut qui super pectus domini recumbebat et de ipso surgeret quod liquido de divinitate eius apertius quam ceteri evangeliste ad demonstraret. Sine dubio ideo promeruit quia dominus eum plus quam ceteros discipulos diligebat ut amplius de divinitate eius narraret hoc loco principium

deus pater intelligitur quibus mul-
ta principia in scripturis leguntur.
Principium dicitur filius ut illud
Ego sum principium qui loquor
vobis. Est et principium temporis
et principium creature. Sed ut in-
dicavimus hoc loco principium deus
pater intelligitur. Sanctissimus idem
Johannes qui hec narrat inter
omnes apostolos iunior fuit. Sic
est enim disserere aliquibus
nam eorum minor esse que termi-
nus dicitur. Christus quoque cum suis non
fuit sicut pluribus iste non intra-
bit in regnum celorum. ipse est qui super
pectus domini recumbebat. ipse quem
precipue diligebat Ihesus cui mari-
am virginem et ipsum filium marie
tradidit. Cum igitur iam scripta essent
evangelia per marcum quidem et lucam
marcum humanam nativitatem et multe
opiniones existerent preter deitate
filii. Alii natum ex virgine tantum
confitebantur. Alii nec natum penitus
sed more angelorum venisse di-
cebant. variis igitur intencionibus
de eius nativitate et variis dispu-
tacionibus prout cuique libitum erat
confitebantur. Johannes igitur novissime
coactus est evangelium conscribere
in quo quod filius dei eum fuit
et quomodo carnem accepit utrumque per
spiritum sanctum diligenti modo et recte
compositiones talis utitur principio. Ut
omnibus hereticis etiam silencium
imponeret sectorum consensus. Nam
super pectus recumbere Ihesu hec

est secreta misteria et archana omnia
nosse. Incipit igitur exponere et ostendere
nativitatis eius primordium et legere
filii dei in qua de deo deus natus
est quia cum dixerat matheus
et lucas in porta conditionem humanam
eius nativitate Johannes igitur nativitatem
domini qua ante omnia secula fuit filius
dei enarrat iuxta prophetam ys ait
Generationem eius quis enarrabit.
Ideo igitur Johannes ostendit quod fuit deus
pater sine principio est ingenitus et natus
qui nullo continetur loco sed potius
ipse continet omnia que tum sciri
potest quantum ipse voluit invisibilis
inestimabilis. Ergo hoc igitur filius dei
inenarrabiliter genitus est ante
omne principium quem sic natum
confitemur. Ut semper pater semper fi-
lius dicatur et nulla temporis interpo-
sita racione accipitur. Ideo ait semper
pater et semper filius. Ideo semper filius
quia semper pater. In principio erat
verbum deus scilicet filius dei ex
deo natus. De quo moyses sic
dicit. In principio fecit deus celum
et terram etc. Videmus igitur eundem
spiritum fuisse in sanctissimo Johanne
quem in moyse et multum eorum et
spiritus omnibus concordare inveni-
tur ut ipse Johannes ait. Omnia per
ipsum facta sunt et sine ipso factum
est nichil. Unde igitur moyses fa-
bricam mundi ante milia annorum
potuit enarrare nisi ut dixi spiritu
divino instructus singula facta describit

Spus ergo spus indeficiens est. Vas
repletur ipse integer permanet sic
lapas cum multe copia accedunt
ipa tamen integra lumine perseverat
Sic itaque spus infundit vnicuique
prout vult. Moyses enim ipso de e-
gypto sublato deseruit ut de y-
dolorum sublato deseruit ut de
ydolorum supersticione ubi valeat
cultura ydolatrie desiderio deser-
uierat ad dei noticiam ex illa sup-
sticione reuocans eos qui esti-
marent ab hiis facta omnia quos
coluerunt. Ideo sanctissimus moy-
ses ipso tradi et in scio ab ydolatria
excepto denuncians dei filium
omnia fecisse ait. In principio fecit
deus celum et terram. Sicuti moy-
ses creatorem et factorem mundi insi-
nuans ab ydolis populum ad noti-
ciam dei adduxit sic beatus
Iohannes hereticos qui aliter atque ali-
ter de filio dei disputare fuerunt
aduersantes reuocans ostendit
quod ante fuit et quomodo veniens ho-
minem induerit vite salutis causa

Sermo de sancto Iohanne ewangelista

Iohannes apostolus et ewangelista
filius zebedei frater iacobi
virgo electus a domino qui etiam
super pectus domini recumbens ewangelii
sui fluenta de ipso sacro dominici pe-
ctoris fonte potauit et sicut vnus de
paradysi fluminibus ubi dei gratiam
in toto orbe terrarum diffudit qui
et in loco xpi xpo iubente successit
sit deum suscipiens matrem discipulus

ecia ipse pro xpo alter quodammodo
dilectus est filius. Iste uero iohannes
est apostolus et ewangelista qui a domino
xpo electus atque dilectus in tanto
amore dilectionis habeo est habitus
ut in cena super pectus eius re-
cumberet et ut in cruce ipse soli
matrem propriam commendasset ut
quem nubere volentem ad amplexum
virginitatis asciuerat ipsi cus-
todiendam virginem tradidisset. Hic
dum in asya ewangelium xpi pre-
dicaret a domiciano cesare
in pathmos insula metallo
relegatus est ibi etiam positus apoka-
lipsim scripsit. Interfecto a senatu domi-
ciano exilio solutus recessit
ephesum ibique ob hereticorum re-
futandas versucias afflagitatus
ab asye episcopis ewangelium nouis-
simus edidit. Cuius quidem inter
alias virtutes magnifico signorum
hec fuit mutauit ramos sil-
uestres fecit in virgas aureas litorea
que saxa in gemmas. Item gemma-
rum fragmina in propriam reformauit
naturam. Viduam quoque prece populi sus-
citauit et redivivum iuuenis
corpus remeante anima reparauit.
Bibens letiferum haustum non
solum euasit periculum sed eodem
prostratos poculo in vite reparauit
statum. Hic ante annos lxvii post
passionem domini saluatoris sub
troyano principe longeue vetus-
tatis senio fessus cum die sue
migracionis sibi imminere inspexit

fertur effodere sibi sepulcrum atque inde valedicens fratribus facta oratione vivens tumulum intravit. Deinde tamquam in lectulo se eo recepit. Unde accidit ut quidam eum videre asserant non mortuum eum in sepulcro sed dormientem eum iacere contendant maxime pro eo quod illic terra sensim ab ymo scaturiens ad superficiem sepulcri conscendat et quasi flatu quiescentis deorsum ad superiora pulveris ebulliat. Relatio beati Clementis presbyteri de sancto Johanne.

Audi fabulam non fabulam sed rem gestam de iohanne apostolo et memorie omnium traditam. Cum post tyranni obitum de pathmos insula ephesum rediret rogabatur etiam vicinas illustrare provincias quo vel ecclesias fundaret in quibus non erant locis vel in quibus erant sacerdotibus ac ministris instrueret secundum quod ei de unoquoque spiritus sanctus indicasset. Cum igitur venisset ad quandam urbem haut longe positam omnibus ecclesiasticis solempniter adimpletis videt iuvenem quendam validum corpore et vultu elegantem et animi acrem nimis. Respiciensque ad episcopum qui nuper fuerat ordinatus hunc, inquit, tibi summo studio commendo sub testimonio christi et totius ecclesie. Cum ille suscipiens omnem se adhibiturum sic precipiebat diligentiam pollicere dedit iterum atque iterum eadem sepius repetens iuvenem commendabat attentius et post hec ephesum rediit. Tunc vero presbyter in domum suam adolescentem suscipit commendatum et cum omni diligentia enutrit amplectitur fovet ad ultimum etiam baptismi gratiam tradit. Post hoc velud confidens gratie quam fuit consecutus paulo indulgentius habere iuvenem cepit. Et ille ubi immaturam etatem libertate potitus est continuo per equevos quibus luxus et desidia cordi est atque vitia corrupte vie in eandem semitam perducitur. Et primo quidem conviviorum illecebris decipit inde nocturnis cum furtis secum sibi participem constituunt. Post hunc ad maiora flagitia pertrahunt. Interea sensim in nequitia (?) que informabat instruebat ad scelera et qui esset acer ingenio sicut equus in frenis et validus duris morsibus obstinatus recti itineris linea declinans rectore contempto rapido cursu totus fertur in preceps. Ita sive desperationibus sibi malient desperationem quod a deo sibi prestite salutis accipit dedignatur iam de parvis facinoribus cogitare grandia quoque molitur et committere per diram se tradens nullo inferior esse in flagitiis patitur. Denique illos ipsos quos prius ingres-

criminum fuerat discipulus factus et la-
tronum ex hys turma quibus ipse
dux et princeps violentus prae ceteris
instituitur et cum hys omni crude-
litate grassatur. Brevi tempore
elapso cum rei itaque proposuisset
utilitatis invitatur iterum ad il-
lam urbem iohannes. Et cum ceteris
quorum gratia venerat ordinasset
age inquit o episcope depositum re-
praesenta quod tibi ego plane et
Christo commendavimus ecclesia teste
cui praesides. At ille obstupuit pri-
mo pecuniam putans esse reposi-
tam quam non acceperat. Sed nec diffi-
dere poterat nec posse fallere iohannem
nec quod non dedit quaerere habe-
bat. Igitur stupentem episcopum iohannes hae-
rentem videns inquit illum
repeto adolescentem animam fratris. Tunc
graviter suspirans senior et in
lacrimis resolutus ille ait mor-
tuus est. Quomodo inquit et qua
morte. Deo autem mortuus est
quia pessimus et flagitiosus etiam
fuit. Ad ultimum etiam latrocinium a-
gressus est. Denique nunc montem
quendam cum multa latronum manu
occupavit. Quibus auditis
apostolus veste continuo qua erat indu-
tus scidit et cum ingenti gemitu
feriens caput suum bonum inquit
custodem fratris nostri reliqui te. Sed
iam nunc equus michi paretur
et dux itineris. Et confestim ab
ecclesia ipsa ascendens equum concitus pro-
perabat cumque pervenisset ad locum

retinetur ab aliis latronibus
qui custodias observabant.
Sed ille neque fugere neque repulsus
declinare [illegible] ingenti
tantum voce proclamabat quia ad hoc
ipsum veni adducite michi princi-
pem vestrum. Qui cum veniret ar-
matus eminus agnito iohanne
apostolo pudore actus in fugam ver-
titur. Ille equo post eum admis-
so confestim insequitur fugitantem
etiam etatis oblitus simul et cla-
mans. Quid fugis o fili patrem
tuum quid fugis inermem senem
miserere noli timere adhuc habes
spem vite. Ego Christo reddam
rationem pro te et in morte pro te
libenter excipiam sicut et dominus ex-
cepit pro nobis et pro tua anima
dabo animam meam. Sta tu et crede
michi quia Christus me misit. At
ille audiens restitit ac vultum
demisit in terram post haec arma
proiecit. Tum deinde tremens
flebat amarissime et accedentis
ad se senis genibus provolvitur
gemitibus et ululatibus quibus
poterat satisfaciebat et uberrimis
lacrimarum fluentis fontibus iterum
baptizabatur. Occultans solam
dexteram suam apostolus vero deinde
iurando sacramento se ei a salva-
tore impetraturum veniam pollicetur
simulque genibus eius provolu-
tus atque ipsius dexteram quasi
tersis confestim tergebat tamquam
iam per penitentiam purgatam

deo sanctis adeuntibus et invocans
et indesinentes preces omnes presi-
dentis et cum ipso pariter dies tre-
bri ieiunia indulgenciam a deo
quam ei pollicitus fuerat cessita-
bat. Sed et variis sermoni-
cis consolacionibus vel quibusdam
parvitatorum exemplis effectos et exot-
ritos eius animos mitigabat.
Nec prius abstitit quam eum in om-
nibus emendatum ecclesie presentaret,
prebens pro hoc magna quoque vere
penitencie et devocionis ingens
nove regis documentis atque insignia
gloriam et trophea visibiliter condari
non solum ad scienciam rerum sed et
ad utilitatem legencium presentium huic
in nostris quoque libris teneat lo-
cum. Amen. In natali sanctorum
innocencium. Sequitur etc.

In illo tempore Angelus domini
apparuit in sompnis
ioseph dicens. Surge et
accipe puerum et matrem eius et
fuge in egyptum et esto ibi usque dum
dicam tibi. Futurum est enim ut Hero-
des querat puerum ad perdendum eum.

Omelia lectionis eiusdem ve-
nerabilis Bede presbiteri etc.

De morte preciosa martirum
Christi innocentium sacra nobis
est festo beati evangelii
lectio recitata in qua tamen omnium
Christi martirum preciosa est mors est
designata. Quod enim parvuli occisi sunt
significat per humilitatis meritum ad
summam perveniendi gloriam, quia
nisi conversus fuerit quis et effectus
ut parvulus non possit animam dare
pro Christo. Quod in Bethleem et in omni-
bus finibus eius occisi sunt, ostendit
non solum in Iudea unde ecclesia cepit
exordium sed in omnibus eiusdem ecclesie fi-
nibus ecclesie quo usque per orbem
diffusa est persecucionem seviturum im-
piorum, piorum pacienciam esse coro-
nandam. Qui bimi occisi sunt doctrina
et opere perfectos indicat, qui non
infra simplices vel ydiotas fidei
tamen non fide constancia fortes esse
denunciant. Quod illi quidem
occisi sunt sed Christus qui querebatur
vivens evasit insinuat corpora
quidem martirum ab impiis posse
perimi sed Christum pro quo persecucio
tota sevit nullatenus eis vel vi-
ventibus vel occisis posse auferri
sed eos veraciter contestari quia sive vi-
vimus domino vivimus sive morimur
domino morimur. Sive enim vivimus
sive morimur domini sumus. Conse-
quenter vaticinium Ieremie vox in ra-
ma et in excelso audita est plo-
ratus et ululatus multus manifeste
denunciat luctum esse sancte ecclesie
quo de iniusta membrorum suorum ne-
ce gemit, non ut hostes garriunt
in vacuum tendere sed usque ad solium sum-
mi ascendere iudicis et sic pro
martiris Abel ita etiam ceterorum
sanguine innocuum debeat clamare
ad dominum iuxta illud viri sapientis
Non despiciet preces pupilli nec
viduam si effundit loquelam.

gemitus afflictione lacrime vidue ad
maxillam descendunt. Et excla-
macio eius super descendente eis a
maxilla eius descendunt usque ad
celum et dominus exauditor non de-
lectabitur in eis. Quod Rachel
plorasse dicitur filios suos
nec voluisse consolari quia non
sunt / sic etiam plorare quos de
in hoc seculo ablatos sed non ita
velle consolari. Ut qui seculum
morte vicerunt rursus ad secu-
li certamina secum toleranda rede-
ant / quod nimirum non sit ultra re-
novandi immundi certaminis eripis
semel evaserit conandi ad pm
Rachel namque que ovis aut videns
deum dicitur / etiam figurate
designat cuius tota intencio. Ut
videat deum meditatur et vigilat.
Et ipsa est ovis centesima quam pas-
tor bonus relictis in celo. Nona-
ginta novem ovibus angelicarum
virtutum abiit querere in terris inven-
tamque suis imposuit humeris
et sic reportavit ad gregem. Quamvis
autem iuxta litteram quod Rachel
plorasse dicatur filios suos cum
tribu iuda que bethleem tene-
bat non de rachel sed de sorore
eius lya fuit orta. Ubi tamen
spiritualis patet racio quod non tantum in
bethleem. Verum etiam in omnibus fini-
bus eius pueri sunt omnes trucida-
ti tribus autem beniamin que de
rachel est orta proxima fuit tri-
bui inde. Unde merito credi debet
quod plaga crudelissime necis
non parvulos et beniamin stir-
pis pueros quos progenies ra-
chel / etiam in excelsi voce plo-
ravit. Potest et aliter intelligi
quod Rachel iuxta bethleem sepul-
ta est sicut titulus monumenti
eius manens usque hodie testatur
ad occidentem civitatis. Ut via
que ducit in ebron quod ea que
in loco eodem agebantur ipsa
egisse prophetico locucionis modo
recte dicatur cuius corpus nomine loci
ipse fiat in significationibus. Quod ipse
dominus ne occidetur ab herode sub-
latus est a parentibus in egipto
sicut electos sepius malorum im-
probitate suis effugandos sedibus
vel etiam exilio dampnandos
Ubi simul exemplum dat fidelibus
ne dubitent tribulacione persecucionis ubi
oportunum fuit declinare fugien-
do cum hoc deum ac dominum suum fe-
cisse meminerit. Siquidem ipse
qui erat suis preceptis / cum vos
persecuti fuerint in civitate ista
fugite in aliam. Prius fecit quod
precepit fugiendo hominem qui ho-
mo in terra / quem magos paulo ante
monuit stella de celo. Quod
occisis pro eo pueris herodes non
longe post obiit et ioseph monente
angelo domini cum matre ad terram
israel rediit / sicut omnes persecu-
tiones quas contra ecclesiam erit mo-
nedei ipsorum persecutorum morte
vindicandas eisdemque interfectis per-
secutoribus pacem ecclesie reddendam et

stos qui latuerant ad sua loca esse
reversuros / possimus quoque odium
herodis quo perdere ihm voluit
super persecutoribus que apostolorum
sunt temporibus facte in iudea spaliter
accipere qui in valescente invidia
predicatores pene sunt omnes ubi
expulsi de provincia et in gentibus
predicaturi sunt longe lateque disp=
si Sicque factum est ut gentilitas
que per egyptum figuratur pertis
ante tenebrosa lumine ubi pa=
peret hoc est puerum ihm et
matrem eius per ioseph in egyptum
translata fidem scilicet incarnationis
dominice et ecclesie societatem per doctores
stos gentibus commissi Et erant
in egypto usque ad obitum herodis
indicans figurare fidem xpi in ge=
tibus mansuram donec plenitudo
omnium intrat et sic omnis israel sal=
vus fiat Obitus quippe herodis
terminum intencionis malicose que
nunc contra ecclesiam in iudea fervit
consummat Occiso pluribus morte
humilium sprituum quos fugata a se x.
iudei penitus designat Quod autem
defuncto herode redit ad terram
israel ihus finem denunciat quando
enoch et elya predicantibus iudei
sopita modernum invidie flamma
fidem veritatis accipient Et bene
tunc iudeam deserit fugiens hoc
in nocte dicitur cum vero revertitur
non solum nulla fuge sed nec noctis
fit mencio quoniam quos obpressos

tenebris olim persecutores reliquerunt
ipsos ob lucem fidei tandem se que=
rentes remisit Quod defuncto
licet herode ioseph timore ar=
chelai filii eius iudeam ubi me=
tropolim habebat ire formi=
dans monente angelo in naza=
reth galilee secessit / ultima pre=
sentis ecclesie tempora designat / quando pera quoniam
nunc est usque gentis illius certe
qua per annos in gentium valet persequi
non desistit / actor in quibus fiam anti=
xpi persecucionem surget / et qui de per=
iniuis ad predicacionem enoch et elye
perfidia conversis / sed ceteris ad instinc=
tum antixpi tota intencione contra
fidem dimicantibus per igitur
iudee in qua regnabat archelaus
perfidos antixpi sequaces ondit
Porro nazareth galilee quo do=
minus transfertur partem gentis eiusdem
que tunc temporis fidem xpi est
susceptura designat Unde bene ga=
lilea transmigratio nazareth
flos aut virgultum eius interpretatur
quia nimirum salvatoria quo ardan=
tiori desiderio ab hiis que in terra
videt ad celestia percurrendo trans=
migrabit eo in nomine spiritualium ha=
bundat flore ac germine virtutum / ut
oportet fratres karissimi ex primiciis mar=
tirum hodierna festivitate veneramur
recta de ecclesia que in celis est
ininterrupta festivitate sedule cogite=
mus eorumque vestigia inquantum
possimus sequendo / ipsi eiusdem festivitatis

supne pciapes existere cineemus testante aplo quia si socii passionum fueimus sic et consolationis erimus nec tamen de morte eorum lugeamus quod de iusta palme perceptione letemur. Eiusdem singulorum eorum tamen pro tormenta pellerent ut ex hac vita rachel gehebunda i. ecclesia que gemit luctu lacrimis quod persecuta est sed iam hinc expulsos superna iherusalem que est mater omnium mox in alia vita obviis letitie ministris excepit atque in gaudium dni sui coronandos introduxit. Unde dicit Johes. Stabant ante thronum in conspectu agni amicti stolis albis et palme in manibus eorum. Stant enim ante tronum dei cum multi qui quondam an tuos indictu eternorum iacebant penis addicti. Stant in conspectu agni nulla re illic a contemplanda eius gloria separandi a cuius hic amore nec per supplicia poterant separari. Stolis fulgent albis et palmas in manibus habent quod premia operibus habent. Dum corpora que prius ignibus ustulari a bestiis dilacerari flagris absumi per precipicium dissolvi ungulis abradi omnique modo penarum genere passi sunt dissipari pro nobis glorificata recipiunt. Et clamabant magna voce magna dicentes: Salus deo nostro qui sedet super thronum et agno. Magna

voce salute deo declamant qui magna gratiarum actione recolunt non suo se virtute sed ipso auxiliante et tribulationem inpugnantium superasse et cetera. Dicit itaque eorum et plenitos agones et comlis destbes pretiuls hi sunt qui venerunt de tribulatione magna et laverunt stolas suas et dealbaverunt eas in sanguine agni. Stolas suas in sanguine agni mites laverunt dum membra sua que ob celestis inspirationem visa sunt penarum squalore fedari sit potius suo pro xpo sanguine ab omnibus mundane contagiis insuper et beata immortalitatis luce digna reddire quod est lotus etiam de albasse stolas in sanguine agni. Ideo inquit sunt ante thronum dei et serviunt ei die ac nocte in templo eius. Non est laboriosa sed amabilis contemplandi servitus in dei laudibus perpetuo assistere dies ipse et nox non vicissitudine temporis ipse sed perpetuitate tropice significantur. Nox enim non erit illic sed dies una melior in atriis xpi super milia. In qua non plorat rachel filios suos sed abstergit deus omnem lacrimam ab oculis eorum. Datque voce letitie et salutaris in tabernaculis iustorum qui vivit et regnat cum patre in s.s.d. per omnia s.s. amen.

Lectio libri apocalipsis beati
Johannis apostoli et ceteri.

In diebus illis vidi super
montem syon agnum stan-
tem et cum eo centum xl
iiij^{or} milia habentes nomen eius
et nomen patris eius scriptum in
frontibus suis. Omelia
haymonis de eadem lectione.

Syon que interpretatur specu-
latio etiam est quia futura
bona inaccessibilia contem-
platur et que etiam mala sit
cavenda denunciat. Mons syon
nichil est aliud quam ipsa syon
etiam de qua per os dauid magis syon
dicet homo etc. Et alibi Qui
confidunt in domino sicut mons syon.
Agnus autem xpistus de quo iohannes
dicit. Ecce agnus dei. Agnus
stabat super montem syon quia
ipse xpistus presidet ecclesie sue. Sed
in hoc loco finitus numerus ponitur
pro infinito id est centum xl iiij^{or} mi-
lia pro innumerabili electorum multi-
tudine. Specialiter vero hic numerus
eos significat qui virgines sunt
mente et corpore quia multi sunt
corpore non tamen mente. Gloria et
ipsa verba quibus dicitur centum
xl iiij^{or} milia cum domino visi non
caret misterio. Centenarius et-
enim numerus in divina scriptura sepe
perfectus ostendit. Unde est terra bona
fecit fructum centuplum quod scilicet ad vir-
ginalem probatur perfectionem. Vir-
gines hominum quidem habent ce-

tum oves in quo loco summa an-
gelorum et hominum intelligitur. Ce-
tum quippe oves deus omnipotens
habuit quia angelorum et hominum
naturam ad se cernit videndum.
Et iterum. Qui reliquerit domum
vel fratres etc. usque centuplum accipi-
et et vitam eternam possidebit. Qua-
dragenarius quoque numerus in mis-
terio est consecratus. Ut ipse dominus
xl diebus ieiunavit sicut olim
fecerunt moyses et helyas. Con-
stat enim ex quaternario numero et
denario quaternarius consecratus
est propter iiij^{or} libros ewangeliorum sive
propter iiij^{or} flumina paradysi. Vel propter
novissimas mundi partes sive propter
iiij^{or} virtutes principales. Dena-
rius quoque similiter est consecratus
propter decem legis precepta. Cum de-
calogum legis perficimus cum iiij^{or}
libros ewangelii in fide et opere
custodimus. Millenarius etiam
sepe pro perfectione rei de qua agitur
ponitur. Unde est illud quod
inaudivit in mille generationes.
Cum enim credendum sit quod neque
usque ad centum generationes mun-
dus extendatur quid aliud
in mille generationibus nisi generatio-
num universitas designatur. Unde
et in apocalipsi scriptum est. Cum xpisto mil-
le annis dicuntur regnare. Vel
regnaturi id est semper et in omnia secula
tempora. In hoc igitur loco. Sic-
dum est summa corporis exprimitur
qui virgines sunt mente et corpore.

Ideo quod considerandum est quia sicut ta-
ta erit eorum numero sicut qui
virginitatem servaverunt ut Johannes
et paulus multo plures erunt
etiam celi sancti. Uno in loco etiam hic
notandum quod super montem
syon stare dicitur cum ipsi sint in oes
syon quia non videlicet quis etiam
super semetipsum ascenderit de bestia
non triumphabit. In magna enim
celsitudine stare debet qui totam
mundi principem calcare intendit. Intuen-
dum etiam quod agnus hic stare per-
hibetur cum marcus de eo dicat
dominus ihesus ascendit in celum et sedet
a dextris dei. Unde sciendum est quod
sedere quietis est vel iudicantis, sta-
re vero laborantis vel iuvantis
est. Unde post devictam
mortem xpo resurgenti a mortuis
data est potestas in celo et in terra. Unde
enim marcus sedere dicit. Hinc etiam
et Stephanus inter manus lapidan-
cium positus intuens in celum
dixit. Ecce video celos apertos et
ihesum stantem a dextris virtutis
dei. Stant quoque cum illo electi
qui laborant in presenti vita et certa-
mine sunt constituti habentes nomen eius
et nomen patris eius scriptum in fron-
tibus suis. Non debemus hic carna-
liter intelligere quod scilicet habeant que-
dam pittaciola frontibus suis
colligata in quibus sit nomen agni
vel patris eius scriptum sed in suis fron-
tibus nomen agni et patris porta-
bant quorum fidem tenent et operibus or-
nant et quod in nomine patris et filii signum

in hoc signo crucis ab omnibus
videtur ad usus. Et audivi vocem
de celo tamquam vocem aquarum mul-
tarum et tamquam vocem tonitrui
magni et vocem quam audivi sicut
cytharedorum citharizantium in cytha-
ris suis. Celum ipsa est etiam
ecclesia ob hanc illi qui cum
agno sedent ipsi sunt celum et quia
multi per dominum mundum de gentes et
ex omnibus gentibus sunt collecte
...idetto eorum vox similis voci aqua-
rum dicitur. Aque enim multe
ut idem Johannes dicit populi multi sunt.
Et quia etiam terrores ad minimum in-
dicium pertinet qui predicatores
existunt. Sicut ipse Johannes et paulo
dicit volo omnes esse ut me
ipsum idcirco dicitur. Et tamquam vocem
tonitrui magni. Ipsi quoque sunt
citharedi imitatores domini sui
passionis. Ita sicut superius dictum est
in cithara cava est ligni et sunt
corde distenso modo dense ligni
hoc lignum est dominice passionis
vel crucis porro corde denotata
sunt scilicet corda qui imitantes
et recolentes eius passionem mor-
tificant se viciis et cum concupiscen-
tiis adimplentes ea que de-
sunt passionibus xpi in cor-
suo. Et cantabant quasi canticum
novum ante sedem dei et ante
quatuor animalia et seniores. Ca-
nticum novum cantare est de in-
corrupta mentis et corporis

integritate gaudet sed tamen ipsi
sunt sedes ante iiijor animalia et senio-
res ante sedem dei et ante iiijor
animalia cantare dicuntur. Quia viz
semper ante se consistunt quia nulla
racione mutabilium varietate a con-
templacione conditoris animos inflectunt.
Et nemo poterat dicere canticum
i. nemo poterat imitari. De incor-
rupta mentis et corporis virginitate
nisi illa C xl iiijor milia non
petrus solus non quilibet alius
apostolus omnibus excepcionibus gra-
cia ipso connubio vel coniugio
peccatum patris consideratis dicitur. Ecce in
iniquitatibus conceptus sum et
in delictis meis peperit me mater
mea. Dicere tamen possumus pro
veritate affirmare non audemus
quod non omnes virgines in illo beato
regno coniugatos precedunt sed
hii specialiter qui vita et moribus
ac tormento passionis virginitatem
insuper custoditam coequantur
moribus coniugatis ubi contra
Si iohannes apostolus fuisset tamen
levatus ut petrus. Si verum est
quod de petro dicitur i. quod uxorem
habuit utique ille enim precelle-
ret quia ille virgo hic vero non
virgo. Unde nec canticum illud
cum iohanne dicere nec agnum
quocumque ierit potest sequi. Qui
empti sunt de terra. Quo precio
utique precio sanguinis christi per quem
amore celesti sunt elevati et celibes
effecti. Hii sunt qui cum mulie-
ribus non sunt coinquinati i. non
sunt polluti et maculati cum
mulieribus mente et corpore. Nichil
enim prodest esse virginem corpore
si contigerit mente corrumpi tamen
quemquam esse virgines enim
sunt a deo qui sequuntur agnum
quocumque ierit i. imitantur illum.
Sequi enim dicitur christum quia sicut
ille virgo ita et isti virginitatem
custodiunt. Et quia enim in instituti
perfectis sequitur insuper fami-
liarius adherebunt. Sequitur quo-
cumque illum ceteri fideles qui virgi-
nitate corporis amiserunt non quo-
cumque ille ierit sed quocumque potue-
runt. Unde etiam multi de sanctis
et si non potuerint dicere illud
canticum audire tamen poterunt et de-
lectari tam excellenti dono. Hii
empti sunt ex omnibus primicie
deo et agno. Sicut in omni grege
gregis optimus agnus eligitur et sic
ex multis fructibus eliguntur
primicie. Ita isti eliguntur ex multi-
tudine electorum qui tamquam primi-
cias pre ceteris offerentes celestem
reserunt fructum. In ore eorum non est
inventum mendacium. Questio hic
oritur quare dicat Johannes cum
psalmista dicat omnis homo mendax solus
ante deum verax quod ita sol-
vitur. Quia omnis homo in quantum
ex se mendax est sed tamen ante
verax est ex deo est. Unde cum dominus
interrogasset discipulos dicens. Vos autem

que me esse dicitis Respondens pe-
trus dixit. Tu es xpus filius
dei vivi. Et ille beatus es symon
bariona &c. Ecce homo i con-
fessione filii dei verax ymo
ymo veracissimus ho. Sed
qm verax no a se s3 a patre
qui in celis est. Cum aute
alibi dns pena sue passionis
predicet Respondit petrus absit
a te dne ut moriaris. Ego mo-
riar p te. Ecce homo mendax
utiq3 quia no sapuit sapis ea
que dei sunt s3 que hom. Ergo
omnis homo quibi de se mendax
quantu de deo verax. Et cum
h ad oms scos ptineat quia
de solis virginibus spualr dicit
in ore ipoz no est inventu men-
daciu. Sine dubio qr ad compa-
tione alioz soli virgines dicunt
veraces. Sunt nimirum alii ve-
races a deo sed ut dictu est
ad copatone virginum no sunt
veraces. Sed nec mirum si illi
spalr veraces dicunt qui veri-
tati que xpus est virginitate mentis
et corporis amplius inherere di-
cuntur videntur. Sine macula
sunt. Et hoc sic intelligendu e
qr cum sint etia sci sine macula
i sine corruptione. Ast potest iam
apertis oibus expurgati ad com-
paracionem tamen ceteroz sole virgines
sine macula sunt. Sed ipi com-
paracione dei mendaces sunt
et maculati. Recta amen

Sequitur sermo de sanctis innocentibus

Hodie fres
karmi natalem illoz in-
fantiu colimus qs ab
herode crudelissimo rege i-
terfectos esse evangelii textus
eloquitur. Ideo cu summa exul-
tatione gaudeat terra mater ce-
lestiu militu certatorum tam
inmpares fecundia virtutum.
Ecce psimus hostis nuqm btis
parvulis tm pdesse potuisset
obsequio qm tm pfuit odio
Nam sicut sanctissimi dei festi
manifestat qm tn tota h tos
parvulos iniquitas hundavit
tm i eis gra benedictionis effu-
sit. Beata es o bethleem terra
iuda q herodis regis inmanita-
tem i pueroz extinctione pspes-
sa es. que sub uno tempore ca-
ndida tam plebe imbellis in-
fancie deo offerre meruisti. Digne
tu eoz natalem colimus quos
beatius ethie vite mundus edidit
qm matroz viscera partus effu-
dit. Siquide ante vite pfectae
adepti sunt dignitate qm usum
pntis accipere. Alioz qde
pcio sa mors martiru lau-
dem i confessione pmeruit. Ho-
rum i consummatione placuit. qr
incipientis vite primordiis ipe
eis consensus in ui glie dedit
qui pntis termini imposuit.
quos herodis impietas lacteres

matrum visceribus abstraxit.
Et in inter duos martyrum flores
quos in medio frigore infideli-
tatis exortos velud primas
erumpentes ecclesie vernas que-
dam persecucionis pruina decoxit
Et ideo dignum est in festis pro
xpo infantibus honoris imper-
dere cerimonijs non dolores pa-
rentum deflere vota non lacri-
mas quia ipse illis fuit causa pene
qui extitit corone ipse odij cau-
sa quia primus patrie ante herodis par-
vulis necem joseph per angelum
monitus est. ut xpm dominum in e-
gyptum ydolis plenam i. ad gen-
tes ydolis deditas duceret pro
iudeorum persecucione et ad o mede-
dum profane plebis assumpsisse
dignatus est ut in iudea religio-
nis ignorati sensu colendus in-
ferretur. Et quia in scripturis divinis
fratres karissimi bonos et iustos vi-
ros persecucionem malorum semper
sustinuisse cognoscimus si dilige-
ter consideramus invenimus illos
maiora supplicia sustinere qui fa-
ciunt quam qui sustinere videntur.
Omnis enim homo qui aliud in corde
perpetrat. prius ipse in corde per-
secucionem sustinet. cognoscatur
gracia si eciam ille qui perpetrat
iniusto aliquid de substancia sua tulit
maius sibi ipse dispendium facit
quia nemo habet in iniusto lucrum

sine iusto dampno. Ubi lucrum
ibi dampnum. lucrum in archa
dampnum in consciencia. Tulit vestem
et perdidit fidem. Accepit pe-
cuniam et perdidit iusticiam. Sed hoc
homines ideo faciunt quia diem novis-
simum attendere nolunt. Si enim di-
em mortis sue cogitare voluis-
set vellet animum suum ab omni cupidita-
te et malicia cohiberet. Sed quo-
modo noluit salubriter cogitare
inde habet postea sine ullo reme-
dio sustinere. Veniet enim illis di-
es novissima veniet ~~dene~~
dies iudicij in quo nec eis penitenciam
licebit agere nec bonis operibus
se ab eterna morte poterunt redi-
mere quia peccavit in hac tam adu-
pone peccator ut moriens oblivis-
catur sui qui dum viveret oblitus est
dei. Veniet dies iudicij quo mo-
vebuntur fundamenta montium ardebit
usque ad inferos deorsum quando
celi ardentes solventur quando sol
obscurabitur et luna non dabit
lumen suum quando stelle cadent de celo
quando peccatores et impij mittuntur in
stagnum ignis et sulphuris. fumus tormentorum
illorum ascendet in secula seculorum ubi
fletus erit et stridor dencium
Sed veniet tempus fratres karissimi quando
nulli bono erit male nulli malo
erit bene. Veniet itaque dies novis-
sima quando discernentur pij ab impijs
et iusti ab iniustis laudatores

dei a blasphematoribus dei ve-
ment dies qui distruetur deus il-
li sicut dictum est bo sit male rc
Quare g° modo no sit forte
et modo sit/ s3 quod nunc est i
occulto tunc erit in manifesto
lege scripturam diuinam i gde me-
cum si potes in scripturam dei for-
te ibi docebo te si possum ymo
disce meam habeo qui docet
me/ eciam nunc no esse malis bn/
et melius esse bonis q̄ malis/
q̄uis no venerit bonorum plena
felicitas no dum q3 venit ple-
na felicitas pena nouissima
Si legere dei diligenter forte in
telligis meam no esse bonis
male. Rogo enim te et quod ab-
scondite tibi qualiter male est. Infir-
mus es. Egestas angit premit
difficultas dolor fatigat sevit me-
rore timor ab iniquo tibi no
male est quia pateris mala
et bene est illi qui est ipsum ma-
lum. Multum int est int malum
pati et malum esse. Tu quod pa-
teris no est malum. malum enim
no pateris si tu malus es/ ille
le enim malum no patitur i malo
est. Noli g° illi no pot fieri
vt tibi male sit qui pateris
malum i illi bn sit qui ē malus
Tibi male est q2 malum alie
num pateris in corde tuo i illi
bn est qui malum seipsum pati
i corde suo. Tibi male ē quia
malam hes vitam et bn esse
illi pt qui mala hz animam.
Esto bonus q hes bo. hoc st
diuicie bonum est aurum bonum
est argentum bone familie
bone possessiones. Omnia ista
bona sunt s3 vnde facias bn
no que te faciat bonum s3 tu
bo que facias. Vnde st inqs
ista bona facit indicium i insti
tua bona sunt que hes i fac
indicium i iusticiam i tu esto bo
nus int bona tua. Erubesce
bonis tuis noli malus esse
i eis ne peas tu eis Ita g°
aurum i argentum distribuit
hominibus conditor rerum i admi-
nistrator. deus i ipa pro natura
rerum humano bonum sit copia
bonis eius no q° tollat bonos/
nec excruciet inopia. Malos
aute i tu offert excecat et
tamen aufertur excruciat
Omnia tamen accipiunt diuicie
plenam leticiam tenent i cum per-
dunt veram tristiciam ingerunt
Discamus g° amare veras
diuicias in castitate i insti-
cia pace i animam. Iste enim
sunt vere i iuste diuicie/ q2 bo-
nis nutis iustisq3 tenent
Ille vero dur diuicie q̄uis
q̄uisque eas hunt no egebit
dum i vero apostolum hus victum et
vestitum hys contentus est
Istas g° diuicias i instu

est putare diuicias que non au-
feruntur egestate. Tantum enim
unusquisque ardebit egestate
auaricie quanto magis eos dili-
gens maiores sunt. Quomodo ergo
sint diuicie quibus crescentibus
crescit inopia quia amatoribus
suis quanto fuerint ampliores non
auferunt sed inflammant cupidi-
tatem. Diuitem tu putas qui
minus indigueit si magis sunt
unde bene quidam sapiens dixit
Crescit amor nummi quantum ipsa
pecunia crescit. Cum pecunie enim
incremento rabies cupiditatis
augetur. Nam omnes auari
et cupidi velud ydropicis
morbus egrotare videntur
Unde ydropicus quanto plus
bibit tanto plus sitit. Ita
auarus vel cupidus acquirendo
plus sitit. Nos vero fratres cogi-
tantes nos peregrinos et hospi-
tes esse in hoc seculo hor-
tatur quod ad victum et vestitum
opus est nobis in itinere vite
istius reservemus ut postquam
possimus eternam beatitudinem
per elemosinam dignamur. Ut
tunc in die iudicij cupidi rapaci
possibilitate bonorum operum audi-
re meruerit. Discedite a me
maledicti in ignem eternum qui paratus
est dyabolo et angelis eius hoc
probare audire possimus. Venite
benedicti patris mei percipite reg-
num quod vobis paratum est ab origine mundi
quia esuriui et dedistis michi
manducare nudus fui et co. me
Ad istam ergo beatitudinem nos perducat
dominus sub protectione perducat. Cui
est honor et gloria in secula se-
culorum amen. In natali sancti
Silvestri pape. Homo quidam
proficiscens. Omelia. Lecto
sancti ewangelij. Epistola. Ecce
sacerdos magnus. In natali
sancti Felicis confessoris. Sint
lumbi vestri precincti. Omelia
Sancti ewangelij lecto. Fabia-
ni et Sebastiani. Si consideremus
fratres karissimi. Eodem die. Descen-
dens ihesus de monte. Omelia
Ex lectione apostolos dominus.
Epistola. Sancti per fidem vice-
In natali sancte Agnetis virginis
Simile est regnum celorum decem
virginibus. Omelia. Sepe
nos fratres. Epistola. Qui in gloriatur in
domino glorietur. Omelia. Quia
hodie. Sermo beati Ambrosij
Quam in toto mundo. epi lectio
do virginens fides marie
in inextricabiles connec-
nectat et stupendi pudoris
aulam in maculato conseruet
affectu con ipsius integritas pseue-
rit ad palma ut in puellis
tropheum saluatis arripet et
prestigium mentis virginis adce-
lestem thalamum perueniret hinc
est quod a multo fidei ignes se
asserit sub acuta reclamat se coni

constitutam. O quam mutabile
virginibus virgo tu tradidisti in
amoris exemplum. O quam summis pre
coribus commendandum virginis
christi rufinam contempnendo mundi
divicias exercendo concupias car
nis et solam xpi pulcritudinem
amando. Attendite ad puellam
puelle et disscite in annis infancie
qualiter in pectore suo tam amo
rem xpi flammas accendit. Dicat
se amatori suo servare fidem et
eius corpus concupiscere solum
qui pro amore hominum mortem non
recusavit imitatum disscite vir
gines xpi amorem in puella
ferventem et omnes mundi dilec-
tiones velud scoriam recusantem. Ideo
enim sanctorum plurium tradunt exempla
ut unusquisque pro qualitate sue ca-
pacitatis amorum modum sui propria
teneat et sicut pugnantes virgines
Ita pro cunctis virgines vincere se-
cum xpi amore studeant certare
pugnantes cum multi dulcia re-
cusantes austera ad delectatio-
nes perpetuas et ad gaudia eterna
pertingit. Hec dicentes non virtu-
perhennis virginum tristia quidam
sed virginum perhenniter ad eterna
nimis. Non enim virginitas malis
rebus supponenda sed est rebus
optimis preferenda. Nulle enim mundis
mundior castis castior non est in-
digne meliorum rerum vituperacione
laudem. Sequatur itaque sancta con-
iugia patriarcharum virgines

in religione posite ac divinis legibus
informate. Sarra. Rebecca. Ra-
chel. Anna. Susanna ac Se-
phora imitentur uxores quod non vir-
gines sola virginitate meren-
tibus subsequitur. Virgo perdisseque
agnes beatissima magnum de se
predicacione exortacionis exemplum cum
virginitatem pretulerit vite deum
quia a se amorem terreni pro amore
celeste expellens trophenum
caritatis xpi arripuit et tam contra
libidines quam eciam contra diversa
supplicia fide pocius armata
quam sexu fortiter dimicavit et vicit.
Aspiciat denique blandicie et
renuit minas terreri. Procedit
accedit videt nescit ad amo-
rem quod cupit adhuc nimis vir-
ginitate diligit nec blandiciam
nec flammis nec supplicia nec
terrificos metuit. Postremo
nec gladium funestis percussionis
expavit. Compellitur virgo
ornamenta suscipere corporis
sed renuit quia iam susceperat
mentis et quia non de elegancia
corporis humani placere studebat
quia timebat de sidere anime
deo displicere dabat intus pre-
dem sic meriti candorem pul-
critudine excellebat ac respu-
ebat ut etiam sua pulcher-
rima fieret tam eciam sua aut
erubescebat se esse formo-
sam tantoque studebat displi-
cere carnalibus in carnis

aspectu quanto in xpo instabit et eius
angelus complacere. Turbabatur in-
nemis a puello eo tempore et
se muneribus complacere posse ex-
istimans auri gemmis et gemmis
vestes preciosas connectabatur.
Sed quia xpi caritas pectori pe-
ctoris non habet virginitas sanc-
tissima in suo eciam insuper in spiri-
tus professione preualuit qui
suorum sanguine sibi transmu-
tat xpus ad castitatem igitur
restituitur castis et in eo casta
virginitas xpo semel oblata per-
durat. Discite virgines xpi ...
ma puellaris exemplum oblata
sub spe pietatis munuscula
virorum totali intencione respuite
et quasi rabidi canis morsus
cum omni studio recusate. Aliquo
non recipias quod timeas dei
nomine accipias quod diligas
mundi. Accipe accipe virgo sed quod
amori eterno proficiat. Cognoscite
abhominare ... filius ...
sic accipe ut te sponsam xpi ...
noscas. Videt ille intus in mente
quid facias ... expectet eius
virgines ... attendit. Vi-
dete ergo quomodo agnes sequitur
... Nullum po-
tuit penitus ...
plicium ... lupanar ... turpitu-
dinis locus oracionis efficitur
et ubi dyabolus ei ignominiam turpitu-
dinis preparauit illic ea recipe

fecit dominus coronam sue virginitatis
et palmam. Hoc est in suis sedibus
hostes vincere captiuum ducturum
virginem ad penetrabilia regis
libidinis ... a virgine qui
captiuare voluit victum cum virginis
triumpho exire. Ita qui tenere
uit tentus est qui trahere voluit tractus
tus est qui occidere se putabat
occisus est. Denique ut probemus
dyabolum a virgine tunc fuisse vic-
tum illius ... ad
... Tunc enim ag-
netis ... sic armauerat
inimicus ut ... traheret
prius ... ad lupanar sub voce
... ad libi-
dinis hunc ergo fuisse ducem
dyaboli ... qui dubitet
et victo duce ipsum superatum
esse omnibus notum est. ...
tis ... cum duce suo ...
... omnibus patet.
Constat ergo dyabolum superatum
quociens totam virginem arma
corripuit gloria expoliata vir-
go vestibus tegitur ... ab
hominibus malis vestitur ab an-
gelis bonis ...
turpitudinis ... apparuit
castitatis. Efficitur oratorium
locus angelorum qui ... fuit
... Et ubi ... fuga
... castitas illic est ...
virginitatis. Denique ipsos quos
... ad libidinem ... virgo

ad castitatem obtinuit et quos
dyaboli ad carnis incitatores ipse
illa a se nimios eiecit. Omnes
namque sigillatim ingressi unus alterum
sustinebat ingressum quem non
domini ingressum credebat mundum
exhibebat. Sed ingressus adu-
lterium ad ostendendum dominum in-
tus virginis tenebat. Exhibebat
inde dei servus qui servus dy-
aboli fuerat inter ingressus. Et to-
ti facti sunt dei custodes quos dya-
bolus corruptores se putaverat
virginis invenisse. Remansit
itaque iuvenis qui probationis
huius auctor extiterat qui se
putabat defensorem virginis
superare. Hic splendorem domini pro-
curreret ad luctum vitam quam vide-
bat hic amisit in mortem quam
querebat invenit. Currentes interi-
dentibus lenonem insultantibus fi-
nem lamentationis imponit. Accedit
virgo lugentem iudicem rogat ni-
vatem ante contempserat nunc de-
precantem exaudivit. Illico igitur
ut cepit orationem pro mortuo illo mor-
tuus excitat filium qui mortuus
fuerat deputatus ad gaudium evo-
cat qui fuerat precipitatus in luctum
Ita qui fuerat etiam castitatis morbo in
castitatis extinguitur et sic predicator
castitatis qui persecutor extitit
castitatis. Ad hec sacrilegi celebra-
batur in templis exprimi in ista
mirabilia sacrate committent

et excitat seditiones usque pulsari
ut recto que sua debebat fidem
seditionum clamoribus perversitati
locum in mentibus hominum inve-
niendo posset. Praefectus vero suscitati
filii timens abscessit autem
vis legitur suis vicarium
dereliquit virginem itaque cor-
pori ardentes apparuit flammis
se corpus quod incendium libidinum
superaverat refrigerium in medio
flammis in medio invenit. Et
quos ignis fuerat ut credebat
cepit pro virginitate illese. Ut
discerent virginitatis flammas
sibi incendium perire domini non
posse nec illos perisse estimes
quos pro nomine Christi consumpsit in
cendium. Itaque cum legeretur hic
cum ignibus raptum in medios
beatis in medios ignibus nulla
ratione consumptos ante eum
laureatum cuiticula suscepta
recolis et atque sicut reclami
flammarum globos cum fuisse con-
nostris nullam in hiis suspicari
veritatem fidei tunc fuisse vincula
et enim fides fortes dei in persecutione
exercuit ridiculo quae gloria vi-
dit utrisque victores. Gloria qui
consumptus est mira exultavit
et vir fortis miram fecit et
damnavit leonum rabie morsus
quoque contempnens probatissimum deo
confessorem expressit. Quo facto
utrosque Christus dyaboli ondit

victores esse. unus enim moritur
et triumphat et alius credidit
et regnat. Veni iam virgo ad thala-
mum quem quesisti et pro amore
sponsi gladium percussoris ad-
mitte. Ut sponsam te virginitatis
immaculatam coronet Christus ut mar-
tirem confessio probata consignet.
Felix katherina virginum quibus
studium est tue sequi confessionis
vestigia. habebunt enim tecum
coronam in celo que certum supera-
verit inimicum in mundo. Nascetur
tibi vestigium maioris perfecti
participatio etiam remunerationis
appareat. Ita hiis imitatibus
etiam donamus gaudia non ne-
gandam. Itaque o splendida et pul-
chra dei filio et omnibus ange-
lis et archangelis grata ut eam
meruisse dignus quibus pos-
simus precibus exorarimus ut
nobis ille tribuat indulgenciam
peccatorum qui tibi tuorum omnium labo-
rum tribuit palmam. Cui igitur
cum patre et spiritu sancto equalis ipse est honor
et gloria in perpetuitatis in secula seculorum amen.

Sermo sancti Ambrosii episcopi.

In maculatus dominus imma-
culatam sibi familiam eam
in hoc pleno collimonium
fragilitatis humane corpore con-
secuit et bene perdit. Ut quia
hodie natalis est virginis de
virginibus sit loquendum et expedi-
tus hic liber sumat exordium.

Natalis est virginis integritatem
sequamur. Natalis est martiris hosti-
am ymolemus. Natalis est
sancte agnetis mirentur viri non
desperent parvuli stupeant nupte
imitentur innupte. Sed quid dignum
alloqui possimus. Nec nomen
quidem vacuum luce laudis fuit.
devocio super etatem virtus super naturam
ut michi videatur non hominis ha-
buisse nomen sed oraculum martiris
quo indicavit quod esset futura. habeo tamen
tamen michi subsidium quoniam ipsum nomen
virginis titulus est pudoris.
appellabo martirem predicavi satis.
satis prolixa laudacio est que non
queritur sed tenetur. Nemo igitur
in gemina eloquencia concitetur. vox
unius preconii est hanc senes hanc
iuvenes hanc pueri cantavit. Non
est laudabilior quam qui ab omnibus
laudari potest. Quot homines tot
precones qui martirem predicant dum
loquuntur. Hec xii annorum marti-
rium fecisse traditur quo detesta-
bilior crudelitas que nec minu-
scule pepercit etati ymo magna
vis fidei que etiam ab illa testimonium
invenit etate. Fuit ne in illo cor-
pusculo vulneri locus et que non
habuit quo ferrum reciperet habuit
in quo ferrum vinceret. at istius
etatis puelle torvos etiam vultus
parentum non perferunt et acu-
puncta solent flere quasi vulnera
fecerit. Hec inter cruentas carnificum intrepida

fovebat manus hec sedentium frequenti-
bus in nobilibus tractatibus ... ithe-
nerorum manebat. Nunc cruento mini-
strorum militis totum offerre corpus
mori adhuc nescia sed parata. Vel
si ad aras invita traheretur tendere
Christo inter ignes manus atque in
ipsis sacrilegis focis tropheum domini
signare victoris. Nunc colla nunc
manus ambas inserere nexibus sed
nullus tam tenuia membra poterat
nexus includere. Novum martyrii gene-
nus. Nondum ydonea pene et iam ma-
tura victorie. Certare difficilis
facilis coronari magisterium virtutis
implevit que prejudicium vehebat
etatis. Non sic ad thalamum nup-
ta properaret. Ut ad supplicii locum
leta successu gradu festino virgo
processit non intorto crine caput com-
pta sed Christo non floribus sed divini-
ta sed moribus. Flere omnes ipsa
sine fletu. Mirantur plerique tam
facile vite sue prodigam que nondum
hauserat iam quasi perfunctam donaret.
Stupebant universi quod iam divinitatis
testis existeret que adhuc arbi-
tra sui pro etate esse non posset. Ef-
fecit denique ut ei de deo crederetur
cui de homine adhuc non crederetur
quia quod ultra naturam est de
auctore nature est. Quanto terrore
egit carnifex ut timeret quantis
blandiciis ut suaderet quanto voto
ut sibi ad nuptias perveniret. At
illa ad hec sponsi iniuria est ex-

spectare placituram qui me sibi
prior elegit accipiet. Quid per-
cussor moraris. Pereat corpus
quod amari potest oculis quibus nolo.
Stetit oravit cervicem inflexit.
Cerneres trepidare carnificem
quasi ipse addictus fuisset tremere
percussoris dexteram pallere ora ali-
eno timentis periculo cum puella
non timeret suo. Habetis igitur in
una hostia duplex martyrium
pudoris et religionis et virgo per-
mansit et martyrium obtinuit. Innu-
ptae nunc integritatis amore ce-
tere sorores sancte. Vel mitis tacitu-
moribus ad de virginitate dica-
mus ne vel in transitu quondam
perstricta videatur que principalis est
virtus. Non enim ideo laudabilis
virginitas quia et in martiribus reperi-
tur sed quia ipsa martires faciat. Quis
autem humano eam possit ingenio
comprehendere quam nec natura su-
is inclusit legibus aut quis
naturali voce complecti quod supra
usum nature sit. E celo accersivit
quod imitaretur in terris. Nec imme-
rito vivendi usum quesivit e celo
que sponsum sibi invenit in celo. Hec
nubes aera angelos sideraque
transgrediens verbum dei in ipso sinu
invenit patris et toto hausit
pectore. Nam quis tantum cum invenerit
relinquat bonum. Unguentum enim
exinanitum est nomen tuum
propterea adolescentule dilexerunt
te et attraxerunt te. Postremo

nomen est illud quod que non in
bitur neque nubetur erunt sicut
angeli in celo solempnia quoque nunc te
si angelis compareretur que ange-
lorum choro copulantur amen

In conversione sancti pauli apostoli

Mat. 19°
In illo tempore. Dixit Symon
petrus ad ihesum. Ecce nos
reliquimus omnia. Omelia beati
Jeronimi. De uno confessore.
Grandis fiducia. Epistola in(?) vi°(?)
In diebus illis. Eiusdem act.
ix°. Paulus adhuc spirans
minarum et cedis in discipulos domini
Omelia lectionis eiusdem

Presens lectio actuum aposto-
lorum premittat fratres karissimi
quo apostolus paulus cuius
singularem hodie festivitatem colimus
quondam ex persecutore christianorum predica-
tor et doctor factus est christianorum
christus in celo occidit saulum
et vivificavit in eo fecit mansionem
Verba impleta est enim in eo prophe-
cia illa beati patriarche iacob.
Qui cum filium suum beniamin
benediceret ait Beniamin lupus
rapax mane comedet predam
et vespere dividet spolia. Qui
enim nunc paulus post conversionem
dictus est antea cum impietate
saul extiterat saulus vocabatur
sed mox mutavit opera mutavit
et nomen. Erat enim de tribu beni-
amin. Erat quoque lupus mane id est p-
rimo persecutor christianorum vespere id est
postea predicator gentium multis dividit
spolia in gentibus misit cum ea

sacramenta divisit. Audivimus quia
mane comedit predam. Sau-
lus adhuc spirans minarum et
cedis in discipulos domini petiit et
accepit epistolas a principibus sacer-
dotum in damascum ubi unus magis
per fidelium erat. Ut quoscumque inve-
niret huius vie viros ac mulie-
res in christum credentes vinctos ad-
duceret in ierusalem ad mortem. Et cum
iter faceret contigit ut appropinquaret
damasco et subito circumfulsit eum
lux de celo et cadens in terram audi-
vit vocem dicentem sibi. Saule
saule quid me persequeris quid id est in
christo fidelibus meis persequeris. Vos fecistis
me hoc sitis passurum. Quid fuisti
in membris totum nomen meum
cepisti olim unum in decorem mem-
bris occidisti ministrum meum
stephanum. Olim quidem debuit per-
dere te. Sed stephanus meus oravit
pro te. Et ille quis es domine. Et
dominus ad illum. Ego sum ihesus na-
zarenus quem tu persequeris in fidelibus.
Sed surge et ingredere civitatem
et dicetur tibi quid te oporteat
facere. Et surgens nichil videbat
et ita erat tribus diebus non
videns et non manducavit neque bi-
bit. Ad hoc tamen illud lumen
ad tempus perdidit ut spiritale vera-
cius per hanc penam percipere possit
et hoc ideo triduo perdidit quia
dominum non credidit resurrexisse
tercio die. Ananyas idem discipulus

xpistiani erat damasco. Cui dixit dominus
vicum surge et vade in vicum qui dicitur rectus
et quere saulum et attende ad eum
et signa eum caractere meo multa
eum pacietur pro nomine meo. Et ille
domine audivi a viris hoc quanta ma
la sanctis tuis fecit. Ait illi dominus
vade quoniam vas electionis michi
est iste. Ut portet nomen meum
in gentibus coram regibus et principibus
terre. Ideo enim prostratus est superbus
ut erigatur humilis et devotus ob
scripturi prostrata sunt ideo ut vicia ut
sanitas erigatur. Venit ergo ananyas
et baptizavit saulum impium et
fecit nobis paulum predicatorem pi
um. Baptizavit lupum et fecit ag
num. Postquam recepimus hunc predica
torem eum quem habuimus ante persecu
torem. Ecce quomodo vespere dividit spo
lia. Cepit enim utique statim predicare
xpistum dominum quem antea fortiter ex
pugnavit nunc predicabat pau
lus quod fecit saulus. Saulus
lapidavit stephanum paulus lapi
datus est pro xpisto. Saulus xpistia
nos vinctos tradit paulus pro xpisto
quinquies quadragenas una minus
ideo accepit ut idem redderetur pro
xpisto. Nam omnia que antea fidelibus
erogabat supplicia multo maio
ra ipse passus est pro xpisto tormenta
Si consideremus dilectissimi ubi
vicina xpistus est xpistum attendi
te vult pati sed glorificari quem contempni
sed eciam exaltari moritur sed et resurge

Ista cogitantes fratres karissimi non des
peremus quia si peccatores sumus
magnum medicum habemus xpistum
medicum audite Non veni vocare
iustos sed peccatores ad penitentiam
Utilitas autem rei geste hec est
Apostolus ipse commemorat in epistulis
suis dicit enim ad hoc sibi veni
am datam omnium peccatorum suorum
ut nemo de se desperet qui sunt
in magnis peccatis involutus et
in magnis sceleribus irretitus quin
venia non sit acceptus si ad eum
sus sunt ad eum qui pendens in cruce
et pro persecutoribus orabat dicens
Pater ignosce illis quia nesciunt quid
faciunt factus est ille ex perse
cutore predicator et doctor gen
tium qui prius inquit fui blas
phemus et persecutor et iniuriosus
Videmus meritum pena debetur
Ergo penam non reddens sed meritum
pro pena recepit. Gratia enim sal
vi facti efficimur de peccatis nostris
largiente ipso deo nostro. Cui vi
vit et regnat in secula seculorum amen

In purificatione sancte marie

Luce 2 capitulo In illo tempore postquam completi
sunt dies purgationis
marie secundum legem moy
si tulerunt illum in ierusalem ut sis
terent eum domino sicut scriptum est
in lege domini. Omelia lec
cionis eiusdem venerabilis
Bede presbiteri
Solempni
tate nos hodierne celeb

quadragesimo dominice nativitatis die de-
bitis venerandum officiis magis
eiusdem domini salvatoris nostri simul
et intemerate genitricis eius hu-
militate dedicatum sacra evangelii
lectio designat exponens eos qui
legi nichil debeant implende
se legalibus potius subdidisse
decretis. Sic enim mox cum lege cir-
cumcisionis postquam impleti sunt
dies purgationis eius viz matris
illius secundum legem Moysi tule-
runt illum in iherusalem ut sisterent
eum domino sicut scriptum est in lege
domini quia omne masculinum adaperi-
ens vulvam sanctum domino vocabitur.
Precepit namque lex ut mulier que
suscepto semine peperisset filium
immunda esset septem diebus et
in die octavo circumcideret infan-
tulum nomenque aptaret. Deinde
etiam alios xxxiii tres dies ab
ingressu templi ac viri thoro
sustineret donec quadragesimo
nativitatis die filium cum hostiis
ad templum domini deferret primogeni-
tum et omne masculini sexus
sanctum domino vocari atque ideo munda
queque offerri deo immunda autem
immundis mutari vel occidi et
hominis primogenitum quinque siclis
argenti debere redimi. Si autem
feminam peperisset mulier immun-
da fieri iussa est xiiii diebus
et lxvi diebus dehinc a templi
ingressu suspendi donec octogesimo

nativitatis die quo dies purgatio-
nis eius vocabitur illo se suamque
sobolem hostiis sanctificatam veni-
ret atque sic demum ad thorum
viri liberam rediret. Intuemini
fratres karissimi diligentius verba legis
que proposuimus et videbitis aptissime
quod beatissima dei genitrix et perpetua
virgo maria simul cum filio quem
genuit ab omni sit legis subiec-
tione liberrima. Cum enim dicat
lex mulierem que suscepto semine
peperisse immundam decerni et per
longa tempora simul cum prole quam ge-
nuisset oblatis victimis ~~deo sine~~
~~viris~~ debere mundari patet profec-
to quod illam que sine virili su-
scepto semine virgo peperit una
cum filio qui natus est ei neque
immundam describat neque per hosti-
as salutares doceat esse mun-
dandam. Sed sicut dominus ac
salvator noster qui divinitatis
legem dedit apparens in homine
fieri voluit sub lege ut eos
qui sub lege erant redimeret
ut adoptionem filiorum reciperemus.
Ita etiam beata genitrix illius
qui singulari privilegio super legem
fuit ponderosis tamen humilitatis
exemplis legalibus subdi non refugit
institutis iuxta illud viri sapi-
entis. Quanto magnus es humi-
lia te in omnibus. Et ut daret
inquit hostiam secundum quod dictum est
in lege domini par turturum aut

duos pullos columbarum hostias
pauperum erant. Precepit quippe dominus
in lege ut qui posset agnum pro filio
vel filia simul et turturem sive colu
bam offerrent qui vero non sufficere
rent ad offerendum agnum duos
vero turtures vel duos pullos co
lumbe offerrent. Ergo dominus nostre
per omnia memor salutis nostre sicut
homo fieri cum deus esset sic etiam
cum dives esset pauper fieri dignatus
est pro nobis ut nos sua paupertate
simul et humanitate divitiarum et
divinitatis sue donaret participes.
Libet nunc paululum perspicere cur
maxime turtur et columba in hosti
am domino iubetur offerri. Nam
et Abraham patriarcha tanto an
te legem tempore has in holocaustum
domino legitur obtulisse et ipsius
cerimonie qui mundandus esset
per has videbatur mundari. Colum
ba igitur simplicitatem turtur in
dicat castitatem quia et columba
simplicitatis et turtur castitatis amator
est turtur. Ita ut si casu coniugem
perdiderit non aliam ultra querere
curet. Unde in laudibus ecclesie loquitur
dominus Pulchre sunt gene tue sicut
turturis. Et iterum Ecce tu pulchra
es amica mea ecce tu pulchra
oculi tui columbarum. Genas ergo ip
pe ut turturis habet que ab omni
impudicitie peste casta se custo
dit et immunem. Oculos habet colu
barum que nullum nocere desiderans
et inimicos simplici amore

complectitur. Sed utraque avis mo
rata quia gemitum pro cantu edere
solet sanctorum in hoc seculo designat
ploratum de quo dominus incorat
dicens Amen amen dico vobis
quia plorabitis et flebitis vos
mundus autem gaudebit. Vos
autem contristabimini sed tristitia vestra
vertetur in gaudium. Et rursum
beati lugentes quoniam ipsi consolabuntur.
Merito turtur et columba domino
offeruntur in hostiam quia nimirum
simplex et pudica fidelium
conversatio gratum est illi sacrificium
iustitie quia qui laborat in ge
mitu suo qui lacrimis stratum
suum per singulas noctes abluit
acceptissimam deo precibus vic
timam mactat. Cum vero utraque
avis ista pro cantu gemere
dicatur pro sanctorum luctum et desideria
superna designet hoc tamen diffe
runt quod turtur solus magis colu
ba vero gregatim gemere consue
vit. Ideo ista secretas orationum la
crimas illa supplices ecclesie co
netus insinuat. Verum autem puer
Iesus templum adducitur primo ac sic in
completis diebus purgationis
cum hostia defertur quia videlicet
immunis prorsus omnis carnis
corruptionem moriendo ac
resurgendo calcavit ac de
inde in templum diebus cum
ipsa carnis immortalis quam pro
nostra salute hostiam deo fece
rat ad gaudia superne civitate

ascendit. Et dimissis primis parenti
us aqua baptismi a peccatis omnibus
qui vera clementia sic purgabatur
ac sic prestante gratia nove lucis
ad altare sanctum salutarem hostiam
dominici corporis et sanguinis con
secrandus ingreditur. Illa ipsa
singulariter simplex et casta nam
salvatoris humanitas que oblata
est patri pro nobis non in corpore per
ymolationem columbe sive
turturis potest singulariter ex
primi. Sed et omnes in fine mun
di etiam primo qui tenebre tunc
tenebre labe mortalitatis et
corruptionis exuet ac deinceps
in regnum celestis vite bonorum
virtutum operum domino commenda
ta suscipitur. Quod autem Syme
on et Anna prophete videlicet eta
tis vir et femina devotis confes
sionum officiis dominum quem parvum
corpore vident sed magnum divinitate
intelligunt excipiunt ita presto
populi iudeorum synagoga figura
te demonstratque longa incarna
tionis eius expectatione fatigata
tam promptis illum mox ut adve
nit et precibus ulnis actionis et
fidei non ficte vocibus exaltare
ac magnificare studuit ac clama
mus illi dicens. Suscipe me in
veritate tua doce me quia tu es
deus salvator meus et te sustinui
nui tota die. Sed hoc dicendum quia

merito utriusque sexus ei congratulando
occurrit qui utriusque redemptor
apparebat. Magno sane metu
fice bum audienda sunt illa quibus
Symeon de domino prophetans matrem
eius alloquitur. Ecce positus est
hic in ruinam et in resurrectionem multorum
israhel et in signum cui contradicetur
et tuam ipsius animam pertransibit
gladius ut revelentur ex multis
cordibus cogitationes. Desideran
ter namque nullum audit quod po
tius dominus in resurrectionem multorum
quia sicut in Adam omnes mori
untur. Ita et in Christo omnes vivifi
cabuntur. Unde et ipse dicit.
Ego sum resurrectio et vita qui credit in me
et si mortuus fuerit vivet et omnis
qui vivit et credit in me non morietur
in eternum sed non minus terribiliter
sonat quod premittitur. Ecce po
situs est hic in ruinam. Infelix na
que satis est qui agnita veritatis
gloria de tenebris cadit qui insili
ae veritatis contrariis perfidorum
nebulis obtenebratur. Sed contra dum
nobis fieri bonum summopere est
recta que cognovimus operanda semper
exercere meminerimus ne de nobis
dicatur illud apostoli petri quod melius
erat eis viam veritatis non cognoscere
quam agnitam retrorsum converti ab eo
quod traditum est illis hoc est sancto man
dato et signum cui contradicetur. Signo
dominice crucis multa sepe iudeorum exti

multi contra dixere gentiles mul
ti quod est genus fili fratres hoc
interius professionis superficie se
cuti sed virtute sine accionis
animum persequitur dicentes se nosse
deum factis autem negantes. Et tam
ipsius anima pertransibit gladius
Gladium appellat affectum dulce
passionis et mortis imminente
que matrem pertransiuit animam
que non sine acerbo dolore potuit
crucifixum morientem videre
que licet resurrecturum a morte
quasi deum nullatenus ambige
bat qui sua carne creatum pecca
tum mori pauidam dolebat ut
reuelentur ex multis cordibus
cogitaciones. Ad incarnacionem
domini usque decliue erant cogita
tiones multorum uel circa pate
bat quis eorum timore flagi
ret quis celestibus bonis tem
poralia mente preferret. Nato celi
rege in terra confestim pius
quisque gaudebat. Herodes autem
turbatus et omnis ierusalem cum ipso
predicante illo et miracula facien
te omnis turbe dominum glorificabat
ut Iohannes scribebat. Pharisei autem et
scribe dicta vel facta salutaria in
uido ore carpebat. Passo in
cruce impiorum leticia stulta per
fidia iusta replebat. Sed re
surgente a mortuis et ascendente
in celum horum leticia merore illorum
est mesticia gaudio mutata
pharisei statim in omni prophecia beati
Symeonis apparente in tantum
domino reuelate sunt ex multis cor
dibus cogitaciones. Isto autem
dispari reuelacio cogitacionum
tunc solum acta in iudea nunc eciam
nunc credenda est apud nos ac
titur. Nunc enim domino apparente
reuelantur ex multis cordibus
cogitaciones cum lecto uel predi
cato verbo salutis. Alii audie
runt libenter auscultant gauden
tes perfici actu que auditu per
didicerunt. Alii fastidientes que
audiunt non hec agendo patre
sed hijs potius insultando nitun
tur contraire uel oppugnare ut qui
ciens verbum doctrine celestis
aliquis contrarium a diuinis audi
toribus pati sentimus innitentem
tristicia cordis eorum qui passo
in carne dei verbo digno dolo
re compassionis tenebat quo
tiens vero idem in auditorum fi
delium mente per dilectionem resur
gere atque ad gloriam conditoris
in perfectiora opera proficere uideri
mus gaudeamus cum eis qui deum
resurrexisse a mortuis atque
ad celos ascendisse votis ac
pectore sentiebant. Sane qui ar
tis simplicitate rememorandis
annis domino officio consueuisse

cognominus quibus inta sobrietas
simplicitatis compuncto cordis
mentis nostro semper offerenda
designatur oportet intueri dilige
tius quia non frustra duo t
tures aut duo pulli columba
rum et ex eis unus pro peccato
alter in holocaustum offerri praecipi
tur. Duo namque sunt genera compunc
tionis quibus semper ipsos deo
fideles in ara cordis ymolat
quia nimirum sicut expertum dic
tis accipimus deum sanctus ma
prius timore compungitur. Deinde
amore. prius enim sese in lacrimis
afficit quia dum malorum
suorum recolit plenius pro peccato eterna
supplicia perhorrescit ynod est unum
turturem sive pullum columbe
pro peccato offerre. At dum longa
meroris anxietate fuit for
mido consumpta quedam iam ul
de presumptione venie securitas
nascitur et in amore celesti
um gaudiorum animus inflammatur
et qui prius flebat ne duceretur
ad supplicium postmodum flere
amarissime incipit quia differtur
a regno quod est de alio turtu
re sive pullo columbino holo
caustum facere holocaustum namque
totum incensum dicitur. Et holoca
ustum praecipi deo fuerit cum spre
tis omnibus terrenis solo sine
beatitudinis desiderio estuare
solam hanc plenitudinem alimas

querere dulce habet. Contemplatur
etenim mens qui sint illi angelorum
chori que ipsa societas beatorum spiri
tuum que maiestas eterne visionis
dei et amplius plangit quod bonis
perhennibus deest quam flebat prius
cum mala eterna metuebat. Utraque
autem compunctionis genera a ipse
digitur qui et pro peccato lugentibus atque
afflictis clementer exaudi. Di
mittit et pinguissimis vite celestis
totis mentis intentione fruentes et
ne visionis luce reficit ihesus xpristus
dominus noster. Cui vivit et regnat cum patre
in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum amen.

Sermo beati Augustini episcopi

Quam ad festivitatem hodier
ne misterium sanctum mentis
oculos ducimus celestium
ea dulcedine gaudiorum animo
gaudium esse conspicimus. Hodie
enim mater celorum regis genitorem
eterni splendoris stella maris
tenebras elationis humane no
va luce gratie fugavit et tumen
tes superbie nostre fluctus in diva
humilitatis intra se deposuit.
Namque miro modo tacitus arca
scitis in audito post partum virgo
mansit et a lege debito li
berrima fuit. Intuit tamen
cum oblationibus in templum venera
bile pro beneficiis extern eius secum
hostias deferebat quibus ei du
dum spiritus convenientissime esse
ministrare figurabat. Columba cum
ut satis simplicitate tenere indicat

castitate. Ipsa ante partum omnibus
innocentis vite simplicitatis excelle
bat atque castitatis illa deo iusti
te congruencia cunctis mundicie cul
tibus incomparabiliter precellebat
Symeon vetustus ille eciam deo
gratus homo iustus et timoratus
quem spiritus dei inhabitabat re
dempcionem israel exspectabat. Atten
dite dilectissimi fratres quanto
ardentissimo desiderio sancti pa
tres iam suspirabant qui xpm
in carne videre desiderabant
quod est veritas et eciam non
tacebat qui discipulis ista di
cebat. Beati oculi qui vident
que vos videtis et audiunt que
vos auditis. Multi prophete
et iusti voluerunt videre que
vos videtis et non viderunt et
audire que auditis et non audie
runt. In quorum primis sancto modo se
nex iste valde venerabilis homo
spe felici videre desiderabat que
tot patrum precordiis venturum
esse sciebat et quia fontem vi
te validissime siciebat inve
nire meruit quem querebat. Tem
plum intravit et quem eum intus
illuminabat salvatorem eius spiritus
revelabat. Suscepit xpm puerum
devocionis studio ulnis suis
ille deo dignus homo et quem dis
solvi a corpore cupiebat quem vi
tam in amplexu tenebat. Inter
hec eciam animo considerari libet

devotissima virgine et glorio
sissima dei genitrice quam ineffa
bili modo generari voluerat
cum omnia quecumque a domino gesta in
corde suo conferebat. Cum om
angelus eam salutavit virgo
hunc salutatum cepit. Ad
vocem eius salutacionis mire
elizabeth tetigit spiritu prophetico
pastores angelica visione illumina
ti testimonium perhibent veri
Magi ~~hominibus~~ muneribus
honorarunt quod deum esse stelle
illuminacione didicerant. Anna
vidua casta omnibus de illo
loquebatur quod ipse esset quem prophetarum
oraculo promittebatur. Audit
eciam a symeone mundo gestum
huncque gratie nove. Cum hec virgo
tacite considerabat eciam incomparabi
liter exultacione gaudebat.
Clementius igitur fratres karissimi cordi
mentibus ingerimus nos festi
nis dignissimis quibus gaudiis
celebremus ut pie tam dei genitricis
habeamus tam in tempore eorum
dissima leticia cordium nostrorum
Non ab similitudine esse videtur
si festa hec innumeris moribus
transformamus a virtutes diuo
atque columbas eius genitrice
salvatoris offeramus. Quod
tunc congrue nobis agimus si
castis simpliciter esse satagi
mus atque tunc fiducialiter

prima vite speramus si prius sacre sanctitatis ambulamus quia non privabit bonis divina clementia eos qui ambulant in innocentia quod ipse psalmista digne qui susceptus a sancto Symeone holandis sue fecit memoriam Ut nos eterna perducat in gloria

Sermo beati ambrosii episcopi

Si subtiliter a fidelibus que sit huius diei festivitas perpendatur eo devotionis affectu celebranda suscipient quo dominice nativitatis circumcisionis atque apparitionis solempnia sunt observati. Illius enim ista solempnitatis est cuius et ille sed nec minor ista quam ille quod utique in hoc sermone apertis monstrabimus documentis huius diei quippe solempnitas. Sicut a quibusdam christianis ignoratur sic a multis perfectis cum solempnitatibus honorifice habetur maxime ante eo loco quo primitus ecclesia katholica in primo pastore fortita est. In tanta enim reverentia ab illis habetur ut ea die tota civitas ecclesia in unum collata in medio cereorum luminibus chorus atque missarum solempnia celebret. Nullusque aditum publice stationis intret qui lumine manu non teneat tamquam scilicet dominum in templo oblaturi ymo ecclesia susceptum ut lumine fidei quod intus fulget exterius oblationis sue religione demonstret. Hodie namque iuxta legem atque evangelium pactis a nativitate christi xl diebus in templo est idem dominus a parentibus presentatus. Hodie a sancto Symeone susceptus pro quo cum sacris muneribus oblatus. Hodie redemptus iste ex paupertatibus ab eodem Symeone et Anna prophetissa predicatus. Quam pium spectaculum quo non nisi pium delectari probat. Stat hinc virgo mater non ignara quem scit dei. Suscipit hunc in statu suo parvulus filius virginis quem divinitate non capit mundus. Occurrit huic inde propheta atque utriusque sexus ex prima prophetat. Offert oblationem pro puero non tamen que delictum emundet sed que sanctitatem declarat. Et quia huius diei preconium attollere cupio libenter integram evangelii lectionem colloquendo tangere si re in qua ista narrantur quoniam nostis quantis ad ea que dico illa videat ymo ad ea que illa narrat vox exhortationis nostre videat. Denique lucas evangelista vicinitatis hystoriam de christi incarnatione plenius atque ordinatius ceteris evangelistis exscripsit post annuntiationem eius ab angelo factam post nativitatem angelorum vocibus declaratam post circumcisionem octavi diei

in domo patris hec in ordine sequitur
dicens Postquam impleti sunt dies
purgacionis marie eius secundum
legem moysi tulerunt illum in ierusalem
ut sisterent eum domino. Sicut
scriptum est in lege domini quia omne
masculinum adaperiens vulvam
sanctum domino vocabitur. Cunctis fide-
libus liquet nec quicquam redemptoris
matrem ex eius nativitate macu-
lam contraxisse qua illorum dierum
spacio a sacris edibus abstineret
purgare que sunt humana gene-
pitrices sine humano concubitu
virgo concepit sine aliqua carnis
corrupcione virgo peperit et sine fine
virgo permansit nec masculus
eius ex ea natus vulvam eius aperu-
it sed hoc more legis narracioni
evangelii contexens extendit imp-
ius sacramentum dum in matre carnis
dominum in mariam legem observatam intro-
ducit. Sed nec mirum si mater
observaret legem quam eius filius
non venerat solvere sed adimplere.
Sciebat enim quo ordine concepit
quo virgo peperit et quis esset
que genuerat secundum legem quem ob-
servas dum expectavit purgacio-
nis diem celavit filii maiestatem
Hinc est quod cum in templo xii
annorum inter doctores legis eum
invenires filium ioseph vocavit dicens
Fili quid fecisti nobis sic. Ecce
pater tuus et ego dolentes querebamus
te. Quam procul dubio sciebat se sine

concubitu concepisse sine corrupcione
virginali edidisse. Sed tunc abs-
condit concepcionis ac nativitatis
illius sacramentum quod novit deus in
intimum. Anna quia invidit
alyis que ad templum deferens
sancti senis tradidit manibus abs-
sunt spiritu prophetie repletum recep-
torem mundi non aperuit. Scie-
bat enim illa tunc gracia plena spiritus
divinitatis afflata quod si hunc
huius seculi principes cognovissent
nunquam pro salute mundi crucifixissent
Offers ergo beatissima virgo tuumque
legem observas in templo quem edi-
disti ut non omnibus sed paucis
reveletur quis est quem ge-
nuisti. Apparuit intimum lapis
humilis qui abscisus de monte
sine manibus ut replevit ab
edificatoribus usque quo sculptura
incedibus paucis crescit in mon-
tem magnum impleatque uni-
versum orbem terrarum. O quam pius
O quam magnus est quem peperisti pius
in humilitate magnus in
divinitate pius in regno in-
deorum magnus in regno gencium
Sed non ab omnibus in regno
iudeorum pius estimatur nam
et ipsa que hunc genuisti et
corpore proprio visitasti in virginali cum isti
virgam cum de radice yesse
surrexisti et floruisti virgi-
nali flore produxisti et peperisti. Et
quam potentibus in maiestate eius

agnouisti quod tu primissimum exte-
natum vidisti procul dubio quem
infantem genuisti deum omnipo-
tentem adorasti timens ado-
rans tremuisti quem tamen quantum
secundum humanitatem filium recog-
nouisti lactasti seruisti ali-
uisti. Quis putas nobis possit
indicare viri huius cordis obsequia
animi tui sanctissimi o beatissima
virgo cum hunc cerneres exte-
num tantillum infantem illum
attenderes deum immensum illum
certum illum creatorem hunc in fir-
mum hunc fortissimum hic ale-
dum hic alentem hunc non loquentem
hic angelos ducturum. Quis
unquam tam pio cordis arcana nobis
resoluere valeat quibus modis
cogitatum ad naturam flectebas
tamen virum eundemque dei atque
hominis filium manibus tenens
hunc adorans ut deum illum
osculans ut paruulum. Quis
ad tam ineffabile miraculum
non obstupescat. Et non penitus
elinguis fiat. Ecce venit puella
sua cum suo creatore suo cum
auctore portat ad templum et
omnium rectorem. O admirandum
spectaculum atque non solum humana
verum etiam angelica stupes-
cit natura. Ad hec fratres karissimi
oculos fidei erigite ad hoc
pietatis affectum conuertite. Ihesum
Christum suscipite pro nobis incar-

ne humiliatum sed adorate in sua
diuinitate deum excelsum amplec-
timini paruulum secundum cogitate inmen-
sum. Amate humiliatum secundum timete
excelsum. Jam vero dilectissimi
si queritur quid mistice fuit
significatum in eo quod redemptor
noster a parentibus ex ciuitate
ipsa in ierusalem ad templum domini por-
tari se voluit in cuius utique
gloriosam matrem virginem eiusque
propinquos figuram gessisse cuius
ecclesie que quondam in apostolis cre-
didit. Que enim ecclesia non virgo
cuius membra apostolus affatur dicens
despondi vos uni viro virginem
castam exhibere christo. Cum ipsa
non mater de qua propheta dicat
mater syon dicet homo. Et dominus
in ewangelio. Quicumque fecerit volunta-
tem patris mei qui in celis est ipse meus
frater soror et mater est. Cum electi
eius propinqui fratres et sorores sunt
appellati. Mater itaque ac pro-
pinqui redemptorem nostrum a naza-
reth in ierusalem ad templum domini de-
ferunt quia primitiua illa in
primis discipulis ecclesia a iudeis
repulsa eundem redemptorem
dispersionem ad notitiam gen-
cium perduxit. Ipsa enim ecclesia non
solum ex gentibus verum etiam
ex iudeis collecta id est visio pacis
vocatur de qua propheta dicit
Jerusalem que edificatur ut ciuitas cuius participatio
eius in idipsum. Ipsa et ecclesia templum

sicut per paulum fidelibus dicitur templum
dei sanctum est quod estis vos. Ac proinde
cum apostoli ex iudea christum annun-
ciantes venerunt ad gentes nimi-
rum et ierusalem ad ierusalem et templum
ad templum occurrit cum hiis ob-
viam fuit ierusalem civitatis vivi
et templum. In hac itaque civitate
atque in hoc templo ab apostolis ob-
latus christus suscipitur. De ipsa
non carnis depositio sordium
sed conscientie bone interrogatio in deum
Hoc est verbum fidei quod predi-
camus quo sine dubio ut
mundare possit consecratur et
baptismus. Christus quippe no-
biscum vitis cum patre agrico-
la dilexit ecclesiam et seipsum
dilexit pro ea. Lege apostolum et
vide quid adiungat. Ut eam san-
ctificaret inquit mundans
eam lavacro aque in verbo. Mun-
datio igitur nequaquam fluxo et
labili tribuitur elemento nisi
addatur in verbo. Hoc verbum fidei
tantum valet in ecclesia dei ut per ip-
sam credentem offerentem benedicentem
tingentem etiam tantillum mundet

infantem quamvis nondum valen-
tem corde credere ad iusticiam
et ore confiteri ad salutem. Totum
hoc fit per verbum de quo dominus
ait. Iam vos mundi estis propter
verbum quod locutus sum vobis
Vitem se dixit ihesus et discipulos
suos palmites et agricolam
patrem. Unde iam prout sicut
potuimus disputatum est supra
ante hoc tamen adhuc de seipso
qui est vitis et de suis palmi-
tibus hoc est discipulis loquitur
Manete in me et ego in
vobis. Non quomodo illi in ipso sic
ipse in illis. Utrumque autem prodest
non ipsi sed illis. Ita quippe sunt
in vite palmites ut viti non
conferant sed inde accipiant unde
vivant. Ita vero vitis est in pal-
mitibus ut vitale alimentum
subministret eis non sumat ab
eis. Ac per hoc et manentem in se
habere christum et manere in christo dis-
cipulis prodest utrumque non christo
Nam preciso palmite potest de
viva radice alius pullulare
qui autem precisus est sine ra-
dice non potest vivere. Deinde ad-
iungit et dicit. Sicut palmes
non potest facere fructum a semet-
ipso nisi manserit in vite sic
nec vos nisi in me manseritis. Magna 8

gratie commendatio fratres mei. Corda
instruit humilium ora obstruit super-
borum. Ecce cui si audent respondeant
qui ignorantes dei iustitiam et suam
volentes constituere iustitie dei non
sunt subiecti. Ecce cui respondeant
sibi placentes et ad bona opera faci-
enda deum sibi necessarium non puta-
tes. Nonne huic resistunt veritati
homines mente corrupti reprobi
circa fidem qui respondent et loquuntur
iniquitatem dicentes a deo habemus quod
homines sumus a nobis ipsis autem
quod iusti sumus. Quid dicitis
qui vos ipsos decipitis non asser-
tores sed precipitatores liberi arbi-
trii ex alto elationis per inania
presumptionis in profunda submer-
sionis. Nempe vox vestra est
quod homo ex semetipso facit iusti-
tiam hoc est altitudo elationis vestre
Sed veritas contradicit et dicit palmes
non potest ferre fructum a semet-
ipso nisi manserit in vite. Ite nunc
per abrupta et non habentes ubi fi-
gamini ventosa loquacitate iac-
tamini hec sunt inania presumptio-
nis vestre. Sed quid vos sequatur
videte et si est in vobis ullus
sensus horrete. Qui enim a semetipso
se fructum existimat ferre in vite
non est. Qui in vite non est christo
non est. Qui in christo non est christianus
non est. Hec sunt profunda submersionis
vestre. Etiam atque etiam attendite quid

veritas adhuc adiungat et dicat
Ego sum inquit vitis vos pal-
mites. Qui manet in me et
ego in eo hic fert fructum multum
quia sine me nichil potestis
facere. Ne quisquam putaret saltem
parvum aliquem fructum posse a semet-
ipso palmitem ferre. Cum dixisset hic
fert fructum multum non ait quia
sine me parum potestis aliquid
facere sed nichil potestis facere. Sive
ergo parum sive multum sine illo
fieri non potest sine quo nichil fieri
potest. Quia et si parum attulerit pal-
mes eum purgat agricola ut
plus afferat. Tamen nisi in vite
manserit et vixerit de radice
quantumlibet fructum a semetipso non potest
ferre. Quamvis autem christus vitis
non esset nisi homo esset tamen istam
gratiam palmitibus non daret nisi
deus ~~non~~ esset. Verum quia ista ita sine
ista gratia non potest vivi. Numquid
in potestate sit liberi arbitrii. Si quis
in me non manserit mittetur fo-
ras sicut palmes et arescet et
colliget eum et in ignem mittet
et ardet. Ligna itaque vitis tanto
sunt contemptibiliora si in vite
non manserint quanto gloriosiora
si manserint. Denique sicut de
hijs etiam per ezechielem prophetam
dicit dominus precisa nullis fab-
rilibus operibus deputantur. Unum
de duobus palmiti congruit

aut vitis aut ignis. Si in vite non est, in igne erit; ut ergo in igne non sit, in vite sit. Si manseritis in me et verba mea in vobis manserint, quodcumque petieritis fiet vobis. Manendo quippe in Christo quid velle possunt nisi quod convenit Christo? Quid velle possunt manendo in Salvatore nisi quod non alienum est a salute? Aliud quippe volumus quia sumus in Christo, et aliud volumus quia sumus adhuc in seculo isto. De mansione namque huius seculi nobis aliquid subrepit ut hoc petamus quod nobis non expedire nescimus. Sed absit ut fiat nobis si manemus in Christo, qui non facit quod petimus nisi quod expedit nobis. Manentes itaque in eo, cum verba eius in nobis manent, quodcumque volumus petimus et fiet nobis. Quia si petimus et non fit, non hoc petimus quod habet mansio in eo, nec quod habent verba eius que manent in nobis, sed quod habet cupiditas et infirmitas carnis, que non est in eo et in qua non manent verba eius. Nam utique ad verba eius pertinet oratio illa quam docuit, ubi dicimus: Pater noster qui es in celis. Ab huius orationis verbis et sensibus non recedamus petitionibus nostris, et quidquid petimus fiet nobis. Tunc enim in nobis dicenda sunt eius verba manere, quando facimus que precepit et diligimus que promisit. Quando autem verba eius manent in memoria nec inveniuntur in vita, non computatur palmes in vite, quia vitam non attrahit ex radice. Ad hanc distantiam valet quod scriptum est: Et memoria retinentibus mandata eius ut faciant ea. Multi enim memoria retinent ut contempnant, vel etiam derideant et oppugnent ea. In his verba Christi non manent que tangunt quodammodo, non inherent, et non illis erunt in beneficium sed in testimonium. Et quia sic insunt eis ut non maneant in eis, ad hoc tenentur ab eis ut iudicentur ex eis etc.

Lectio libri sapientie. Sequitur

Qui timet deum faciet bona, et qui continens est iusticie apprehendet illam, et obviabit illi quasi mater honorificata. Sequitur

Omelia lectionis eiusdem

Perspicuum est quod nemo nisi in timore dei cognitus fiat et iusticie executor fieri possit sapientie. Cito enim quisque sollicitior est in mandatorum custodia et studiosior in iusta conversatione, tanto largius congaudet in perceptione sapientie. Et obviabit illi quasi mater honorificata, et quasi mulier a virginitate suscipiet illum. Merito quod sapientia mater nuncupatur, quia per gratiam nos renovat; et virgo quia per speciem pulchritudinis et castitatis sinceritatis, quia nichil in ea est inquinatum neque coinquinatum. Ipsa est

candor lucis eterne et speculum sine
macula dei maiestatis et ymago
bonitatis illius et propriam sanc
ti sunt quicumque placuerunt deo a
principio. Cibauit illum pane vite
et intellectus dicitur panis vite et
panis mediacionis sed panis vite corpus
est christi vel doctrina diuine sapiencie quia
non in solo pane viuit homo sed in
omni verbo dei quod procedit de ore
eius. panis vero mediacionis doctrina
est hereticorum que concessoribus suis
mortem infert perpetuam et aqua sa
piencie salutaris potabit illum legitur
aqua in bono legitur aqua in malo
sed aqua in bono significat graciam spiritus
sancti vel haustum celestis sapiencie
ut est illud ewangelii Qui biberit
de aqua quam ego dabo ei fiet
in eo fons aque salientis in vitam
eternam. Aqua autem in malo ut
est illud in prouerbiis. Aque fur
tiue dulciores sunt et panis ab
sconditus suauior. Quod nimirum
significat secta et decepcionem hereticorum
que erratibus propter eloquenciam
verborum videtur esse suauior et
probabilior et firmabitur in illo et
non flectetur firmabitur iustus vir
virgo celestis sapiencie quod nescit
hereticis et inpugnatoribus catholice
fidei et vere religionis nullo
modo cedere sed fortiter resistere. Et hoc do
num dei est qui utique spiritus sin
gularia fideles confortat ad uincendos suos

et fortitudinem et corroborat. Unde et
sequitur. Et continebit illum. Qui
enim adheret deo neque inimicos
inimicorum pauet sed veritate
vincente satis ubique honorabi
lem propheta ad deum ait. Unde
qui te expectat domine non confundetur
Confundantur omnes iniqua facien
tes vana. Et item. Beatus vir
qui impleuit desiderium suum
ex ipsis non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta.
Et exaltabit illum apud proximos
suos et in medio ecclesie aperiet os eius
et cetera usque in finem. Elegantur exprimit
formam apostolorum et predicatorum sancti
ewangelii quos diuina sapiencia replet
viz. qui est dei virtus et dei sapiencia
veniunt et posuit eos et preceteris
fidelium turbis in arce dignitatis
collocat. Hunc ergo tercium eximium
doctorem diuina potencia intus spiritus
sancti illuminat gracia et foris copiam
elocucionis illi administrauit in
bonum. Ut quod ipse intelligebat
mente aliis iocunde exponeret
sermone et verbum sicut summus doctor
qui clarus dicitur suis precedit
dignitate et habuit ita elegancia
simul sine doctrine et iocunditate
tem factorum virtutum tenuerit ut eos
non bonum et premium mansit in
celestibus posset hereditaret ipse.

Sermo beati augustini episcopi.

Questo ewangelio presenti tempore
conformate similitudinem

audistis

audistis qui operarii vinea. Est
enim modo tempus vindemie temporalis
Est autem et spiritualis vindemia
ubi deus gaudet ad fructum vinee
sue. colimus enim deum et colit nos
deus. Sed non sic deum colimus ut
nos eum meliorem faciamus. Colimus
enim eum adorando non arando. ille
autem colit nos tamquam agricola a
grum. Quod ergo ille nos colit me
liores nos reddit quia et agricola
agrum colendo facit meliorem et
ipsum fructum in nobis querit ut
eum colamus. Cultura ipsius est in
nobis quod non cessat verbo suo extir
pare mala semina ex cordibus
nostris aperire cor nostrum tamquam ara
tro sermonis plantare semina p
receptorum expectare fructum pietatis.
Cum enim istam culturam sic acceperi
t cor nostrum ut bene colamus non
existimus ingrati agricole nostro sed fruc
tum reddimus quo gaudeat et
fructus noster non illum ditiorem faciat
sed nos beatiores. Ecce audite quomodo
sicut dixi colit nos deus. Nam quod
nos colimus deum non opus est ut
probetur a nobis. Omnis enim ho
hoc scilicet id est quod homines colunt deum
quod vero deus colit homines ipsi
expavescat auditor qui audit
quod non est in usu hominum ut dicatur quod
deus colit homines sed quia deum co
lunt homines debemus ergo probare
nos quod et deus colit homines. Ne forte

putemus libenter discipulatum
dixisse et aliquis in corde suo
disputet contra nos et nesciat eos
quos diximus reprehendat nos ergo co
stitutum est demonstrari nobis quod deus
colit nos sed id dixi sicut agrum
ut meliores nos faciat. Dicit dominus
in evangelio. Ego sum vitis vos estis
sarmenta pater meus agricola. Quid
facit agricola. Interrogate vos qui
agricole estis. Quid facit agricola
puto quia agrum colit. Si ergo pater
deus agricola est habet agrum et colit
agrum suum expectat inde fructum
suum. Denique plantavit vineam
sicut dicit ipse dominus ihesus christus
Et locavit eam agricolis qui redderent
ei fructus temporibus suis et misit
ad eos servos suos ut peterent
mercedem vinee. Illi autem contume
liis eos afficerant aliquos occi
derunt et fructum suum reddere
contempserunt. Misit alios tamquam pas
si sunt. Et dixit ille pater familias
cultor agri sui et plantator et
locator vinee sue. Mittam uni
cum filium meum forte vel ipsum
reverebuntur. Et misit ipsum etiam fi
lium suum. Dixerunt illi apud se
ipsos. Hic est heres venite
occidamus eum et nostra erit
hereditas et occiderunt eum et
proiecerunt eum extra vineam. Cum
venerit dominus vinee quid faciet illis
malis colonis. Verum est

Malos male perdet et vineam suam
locabit aliis agricolis qui reddant
ei fructum temporibus suis. Plantata est
vinea lege data in cordibus inde
ortum. Missi sunt prophete querentes bonum
fructum bonam vitam eorum. prophete
a ceteris contumeliis affecti et occi
si sunt. Missus est Christus unicus
filius patrifamilias et occiderunt
ipsum heredem et ideo perdiderunt
hereditatem. In eo tamen eis dicit in
hunc filium ut possideret occiderunt
et quia occiderunt perdiderunt et
modo audistis similitudinem ewan
gelii. Scito quod simile est regnum celorum
patrifamilias qui exiit conducere
operarios in vineam suam exiit mane
et quos invenit conduxit et pepigit
cum eis mercede denarium. Exiit
ad horam terciam invenit alios et
adduxit ad opus vinee. Et vi
hora fecit et ix fecit hoc. Exiit
et hora xi ipse ad finem diei invenit
quosdam vacuos et stantes et illis
ait. Quid hic statis quare non
operamini in vinea. Dixerunt quia
nemo nos conduxit. Venite et
et vos et quod iustum fuerit dabo vobis
Placuit illi qui una hora erant
operati quod sibi daretur saltem
denarium sed tamen se acceptiores
aliquis gratulabatur adducti sunt
et ipsi ad unam horam finito die
iussit omnibus reddi mercedem. A
novissimis usque ad primos. Inde

cepit reddere a ceteris qui hora xi
venerant iussit eis dari denari
um. Illi qui prima hora venit
audientes illos accepisse denari
um quem cum ipsis pactus erat
speraverunt se plus aliquid accep
turos. Ventum est ad ipsos et
acceperunt denarium in murmura verunt
adversus patremfamilias dicentes
Ecce nos qui sustinuimus ardorem
diei et estum equasti et pares illis
fecisti qui una hora in vinea opera
ti sunt. Et paterfamilias iustissimus
rissimus reddens uni eorum. Soda
lis non tibi feci iniuriam hoc est
non te fraudavi quod pactus sum
reddidi tibi fraudem tibi non feci
quia quod pactus sum reddidi tibi
hunc non volo reddere sed donare
non licet michi facere de meo quod
volo an oculus tuus nequam est
quia ego bonus sum. Si alicui
tollere alienum tunc reprehenderer
esse fraudator et negator alie
ni. Cum vero debitum reddo et
tamen volo etiam dono nec tamen de
beam me potest reprehendere et tamen
donanti debet amplius gau
dere. Non erat quod videtur et
equali sunt omnes isti sunt novis
simi primi et primi novissimi
quia tandem acceperunt et primi
et novissimi. Quod est ergo quod
a novissimis cepit reddere mer
cedem omnibus sicut legimus sic ac

ceptum sunt. Legimus enim in alio
loco evangelii quia dicturus est eis
quos ponet ad dexteram. Venite
benedicti patris mei percipite regnum
quod vobis paratum est ab origine mundi.
Si ergo omnes simul acceptum sunt
quomodo hic intelligimus priores ac
cepisse illos qui ab xi operati
sunt et posteriores illos qui primo. Si
potuero sic dicere ut perveniat ad
intellectum vestrum deo gratias. Illi
enim debetis gratias agere qui vos
per nos erogat. Non enim de nostro
erogamus. Si interroges de duo
bus ubi gratia quis prior accepit
qui post unam horam accepit
an qui post xii. Omnis homo
videt qui prior accepit qui post
unam horam accepit quam qui post
xii. Sic ergo quamvis una hora
omnes acceperint tamen quia alii
acceperunt post unam horam alii
acceperunt post xii horas. Illi dicuntur
sunt priores accepisse qui post
modicum temporis acceperunt. Primi iusti
sicut Abel sicut Noe quasi prima
hora vocati felicitatem resurrectionis no
biscum acceptum sunt. Alii iusti
post illos Abraham Ysaac et Iacob
et quicumque erant seculi ipsorum quasi
in xii hora vocati felicitatem resurrectionis no
biscum acceptum sunt. Alii iusti
Moyses et Aaron et quicumque cum illis
tamquam hora xii vocati felicitatem

resurrectionis nobiscum acceptum
sunt. Post ipsos prophete sancti tamquam
hora vi vocati sunt eandem felicitatem
nobiscum acceptum sunt. In fine
seculi omnes christiani tamquam xi hora
vocati felicitatem illius resurrectionis ac
ceptum sunt. Sed videte illos
primos postquam tempus acceperunt.
Si ergo illi primi post multum temporis
nos post modicum temporis quamvis
simul accipiamus priores videmur
accepisse quia merces nostra non tarda
bit. Erimus ergo in illa mercede omnes
equales tamquam primi novissimi et novis
simi primi quia denarius ille vita
eterna est et in vita eterna omnes equa
les erunt. Quamvis enim meritorum
diversitate fulgebunt alius magis
alius minus quod tamen ad vitam
eternam pertinet equale erit omnibus.
Non enim alteri erit longius alteri
brevius quod pariter sempiternum est quod
non habet finem nec tibi habebit nec
michi. Alio modo ibi erit castitas
coniugalis. Alio modo ibi erit integri
tas virginalis. Alio modo ibi erit fructus
boni operis. Alio modo corona passionis.
Illud alio modo istud alio modo. Tamen quantum pertinet
net ad vitam eternam nec ille plus
illo. Pariter enim sine fine vivunt
tamen in suis claritatibus vivat et
ille denarius vita eterna est nec
invenietur ergo qui post multum tempus

accepit contra eum qui primo
diuturni temporis accepit. Illi redditur,
Illi donatur. Utrisque tamen una res do-
natur. Est et in ista vita simile
ad ut excepta illa solutione
similitudinis huius quod intelliguntur
prima hora vocati abel cum paribus
seculi iusti. tercia abraham cum paribus
seculi iusti. vi moyses et aaron
et paribus seculi iusti. ix prophete
cum paribus seculi iusti. xi tamquam in fine
seculi christiani omnes excepta ista
solutione similitudinis tamen hac
vita una potest adulti hominis sicut do.
Tamquam enim prima hora vocantur qui
detectos ab utero matris incipiunt
esse christiani quasi tercia pueri quasi vi
iuvenes quasi ix vergentes in
senium quasi xi omnino decrepiti sed tamen
vite eterne denarium omnes ac-
cepturi. Sed attendite et intelligite
fratres mei ne ideo quisque differat
venire ad vineam quia securus est quia
quandoque venerit ipsum denarium ac-
cepturus est. Securum est quidem
ipse denarium promittit sed differre
non iubet. Numquam enim et illi qui sunt
ad vineam conducti quando ad illos
exibat pater familias ut conduceret
quos invenit hora tercia et conduxit
ubi grandi dixerunt illi expecta non
illuc imus nisi hora vi. Aut quos
invenit hora vi dixerunt non imus
~~aut ix~~ dixerunt non imus nisi xi. Qui-
bus enim undecim daturus est quare
nos amplius fatigamur. Et ille
daturus sit quis futurus sit penes
ipsum consilium est tu quod vocaris
veni. Mercedem enim equalis cunctis
promittit. Sed de ipsa hora operandi
magna questio est. Si enim illi ubi
sunt. Qui vocati sunt hora vi in
etate corporis constituti ipsi in
venilibus annis servent sic ipsa hora
vi servent. Si dicerent illi in-
venes vocati expecta. Audivimus
enim in evangelio quod omnes unum
eundem accepturi sunt cum senes
facti fuimus hora xi veniemus unde
acceptum quasi laboraturi nunc
contradicetur. Laborare non vis quia
scis vivas usque in senecta vestis
vi hora vocaris veni. Pater familias
tibi quidem et xi hora venienti
denarium promisit. Sed ut vi-
vas usque ad viiam nemo tibi pro-
misit. Non dico usque ad xiiam
sed usque ad viiam. Quare ergo differs
vocantem certus de mercede incertus
de die. Vide ne forte quod ille
tibi daturus est promittendo tu
tibi auferas differendo. Si hoc
recte dicatur de infantibus tamquam ad
horam primam pertinentibus. Si recte
dicatur de pueris tamquam ad terciam
pertinentibus. Si recte dicatur de iu-
venibus tamquam in hora vi fervida
gracia constituta quanto magis

rte de crepitis dicat Ecce iā hō
xij est et adhuc stas Venire
piger es in forte nō exiit ad
te vocandum prfamilias Si nō
exiit Unde est quod loquitur
¶ Accipe nos servi de familia
ipius sumus conducere operarios
missi sumus Unde ergo stas si
isti iam annorum nunc festina
ad denarium hoc n. ppue pat
familias manifeste qui qui i
domo ei in abscondito est nō
videtur ab eis qui foris sunt
Cum ante exiit de domo vi
ab eis qui foris sunt xpus qui
nō intelligitur et nō agnoscitur
in secreto est qui ante agnosc
exiit conducere quos occulto eum
processit ad notitiam. notus e
xpus ubique predicatur xpus
Gloria xpi omnia que cumque
sunt sub celo clamat. Quanto mi
sibilis et reprehensibilis Quando dū
nit iudeos visus humilis co
temptus e. Occultabat enim
maiestate pietati habebat i
humilitate Contemptum e in illo
quod propalatum erat nec cognitum
quod occultum erat. Si enim cognovis
sent nunquam dominum glorie cru
cifixissent Nunquid adhuc contemp
nendus e sedens in celo sic con
temptus est cum pendebat in ligno
Agitabant caput qui eum crucifixerant

et ante crucem eius stantes tanquam
ad fructum sue sevicie pervenien
tes insultantes dicebant Si
filius dei es descende de cruce
Alios salvos fecit seipsum salvum fa
cere nō potest. descendat nunc de cruce
et credimus ei Non descendebat
quia latebat Multo enim facilius
potuit de cruce descendere qui potu
it de sepulcro resurgere. Ad nostram
informationem demonstrabat paci
entiam differebat potentiam et non
est agnitus Nō enim exierat conduce
re tunc operarios nō exierat nō in
notuerat. Tercia resurrexit de mo
numento se dixit. ascendit in celum et
misit spiritum sanctum quinquagesimo die
post resurrectionem missus spiritus sanctus
replevit omnes qui fuerunt i uno con
clavi c. xx. homines Impleti illi
spiritu sancto ceperunt loqui linguis
omnium gentium expressa e vocatio exiit
ille conducere cepit enim potentia
veritatis omnibus innotescere Na
tunc etiam unus accepto spiritu
sancto loquebatur omnium gentium linguis
Modo autem in ecclesia ipsa unitas
tantum unus loquitur omnium gentium
linguis adeo religio xpiana
nō pervenit ad quos fines non
pertendit iam non est qui se abscon
dat a calore eius adhuc stat ino
tiosus abeo qui stat in ocio Manis
festum est ergo fratres mei omnino ...

festum est tenere dicti estote qui dominus
noster ihesus xpistus qui quisque se conuer-
tit ad fidem ipsius a via sua vel
superflua vel nequissima omnia
illi peccata dimittit et omnino tamquam
donatis debitis fiunt cum illo tabule
noue presens omnia dimittuntur
Nemo sit sollicitus quod aliquid ei
non dimittatur Sed iterum nemo
peruerse sit securus Ista enim duo oc-
cidunt animas aut desperatio aut per-
uersa ~~sit securus~~ spes De hiis duo-
bus malis pauca audite nam
sicut liberat bona spes et recta
spes ita decipit peruersa spes Prius
attendite quemadmodum decipiat
desperatio Sunt homines qui cum
cogitare ceperint mala que fece-
runt non sibi putant ignosci pos-
se et dum non putant sibi posse
ignosci dedunt animam suam perire
desperatione pereunt dicentes in cogita-
tionibus suis Iam nulla nobis spes
Neque enim tanta illa que commisimus
donare nobis aut ignosci potest
Quare ergo non satisfacimus cupi-
ditatibus nostris impleamus sal-
tem presentis temporis voluptatem quia nullam
habemus in futuro mercedem faciamus
quidquid libet et si non licet ut ha-
beamus saltim temporalem quia
perpetuam ideo meremur etiam ta-
lia dicentes desperando pereunt siue
antequam omnino credant siue iam
christiani et in aliquibus peccatis et sceleribus
male viuendo prolapsi pergit ad
eos dominus vincere et tamquam desperantes

et vacantes tergum dantes pul-
sat reclamat per prophetam ezechiel
Inquacumque conuersus fuit homo
a via sua pessima omnes iniqui-
tates eius obliuiscar Hac vo-
ce audita et credita a desperatione
reuocantur et ab illa altissima
et profunda voragine qua sub-
mersi fuerant emergunt Sed hiis
timendum est ne in aliam voragi-
nem cadant et peruerse sperando
mori non poterunt Mutant
enim cogitationes longe quidem
diuersas sed tamen pernitiosas et
rursus incipiunt dicere in cordi-
bus suis Si quacumque die conuer-
sus fuero a via mea pessima deus
in meas Sicut recitat per pro-
phetam promisit omnes iniquitates
meas obliuiscitur quare hodie
conuertor non cras Quare hoc
et non cras et hodiernus dies
sicut hesternus sit in nequissima
voluptate sit in flagitiorum
gurgite ut liceat in mortifera
delectatione cras conuertar et finis
erit Videtur tibi Cuius rei
finis dicis iniquitatum mearum
Bene gaudes quia cum conuersio
iniquitatum tuarum erit finis Sed
si cras conuersurus es finis tuus
ergo quidem bene gaudes quia propter
iniquitates tuas quas tibi
indulgere deus promisit sed crasti-
num diem nemo tibi promisit Aut

forte promisit mathematicus loge
aliud est quam deus. Multos ma-
thematicos fefellerunt quia et sibi
plerumque lucrum promiserunt et dampnum
invenerunt. Ergo etiam propter istos
male sperantes procedit proverbium
illas quemadmodum processit ad illos
qui male speraverunt et perierunt des-
perando et revocavit eos in spem
Sic etiam procedit ad istos qui male
sperando volunt perire et dicit eis
palam librum ne tardes converti
ad dominum. Quod illis dixerit In
quacumque die conversus fuerit iniquus
a via sua pessima omnes iniqui-
tates eius oblivioni tradam. et tulit eis
desperationem quia ubi dederunt
animam suam perditioni omnino in dulgen-
ciam desperantes Sic procedit etiam ad
istos sperando et differendo volunt pe-
rire et loquitur ad eos increpat eos
ne tardes ad dominum converti neque diffe-
ras de die in diem subito enim veniet
ira eius et in tempore vindicte disperdet
te dominus. Ergo noli differre noli
quod pro tota te claudet. Ecce in-
dulgencie dator aperit tibi hostium
quod moreris gaudere debes si
aperitur alium pulsanti. Non pul-
santi aperit et fores et ianuas. Sic
ergo differas de nunc operibus quod du
Ideo scriptura dicit. Ne dixeris va-
de et revertere cras ego dabo tibi
cum possis statim benefacere. Non e-

nim scis quid contingat sequenti die. In
dixisti preceptum non differendi ut in aliis
sed maioris et differendo intolerab-
ilis es. Non debes differre peni-
tentiam et differre indulgentiam accep-
tam. Sed miserando alium non
differas misereri et nunc tu pla-
ces deo exhibere et nunc tu celias
Non dico ut tu eis des sed ne re-
pellas manum dantis. Sed alii
homines inde sibi plurimum no-
cent tum alios offendere timent
Multum valet boni amici ad
bonum et mali amici ad malum. Sed
dominus ut perstultate mea poterimus
amicitias contemptimus volunt
plus eligere senatores quam piscato-
res. Magna artificia nimia.
Dicebat enim quia si eliget se-
natorem dicet senator dignitas
mea electa est. Si eliget divi-
tem dicet dives opulentia mea
electa est. Si prius eliget im-
peratorem dicet imperator potestas
mea est. Si prius eliget oratorem
dicet orator eloquentia mea electa
est. Intentum igitur differat sibi
isti multum timet. Distulit ut
magis intenderet maiore venire utique
grandem esse si nunc utique sanum
differat. Ergo magis isti superbi ali-
qua soliditate sui nadi sunt. Dominus
in terris prius istum piscatorem. Veni
tu pauper sequere me nichil habes

michil nosti seqne me ydiota pau
per seque me no est quod iste
ex pauciscat s[ed] multu e q[uo]d inte
impleatur tam largo fonti
vas marie admonendum est
dimisit retia piscator accepit
gram piscator et factus est dnus
orator. Ecce quid fecit dns de
quo d[icit] aplus Infirma mundi e
legit deus et co[n]fundat fortia
et ignobilia mundi eleg[it] deus
ut ea que no sunt tamq[uam] q[ue] sut
ut ea que sut euacuentur. Deni
q[ue] legitur modo ubi piscator[um] et
colla subduntur oratorum. Col
latur g[ra]c[ia] demenc[ia] in auras venti
tollatur demenc[ia] fumus q[ui] ascende[n]d[o]
euanescit. Prorsus p[ro] salute ista
contempnat. Si quisq[ue] i[n] ciuitate ali
quo pericl[os]o morbo corporis egrota
ret et esset in ciuitate peritissim[us]
medicus amicus egrotant[is] i[n]imi
cus potentib[us] qui dicerent medico
suo noli eu adhibe michil
nouit dicerent autem no medica
te anima s[ed] i[n]uidete. Nonne ille
p[ro] salute sua remoueret istor[um]
potencium fabulas et ut paucos
diebus plus viueret cu[m] illo in
q[ui] lib[et] offensione pellendo sui cor
pis morbo medicu[m] illu[m] q[ui] pe
ritissimum cognouerit adhiberet
Egrotat humanu[m] genus non
morbis corporis s[ed] peccatis iacet toto
orbe terrarum ab oriente usq[ue] ad

occidente grandis egrotus
ad sanandu[m] grandem egrotu[m]
descendit omnipotens medicus
humiliauit se usq[ue] ad mortal
lem carnem tamq[uam] usq[ue] ad lectu[m]
egrotantis. Dat salutis precepta
contempnit[ur] qui audiunt liberan
tur. Contempnitur cu[m] dicunt
amici potentes michil nouit
Si michil nosset potencia eius
gentes no impleret. Si nich[il]
nosset no esset antiq[ui]t[us] apud nos
esset p[ro]phetas an[te] se no mitteret
Nonne modo implentur q[uae] an[te] p[re]
dicta sunt. Nonne p[ro]bat medicus
iste artis sue potenciam p[ro]missa
complendo. Nonne p[er] totu[m] mundu[m]
preceptis cecantur errores et
tote mundi domat[ur] cupiditates
Nemo dicat antea melior
mundus erat q[uam] modo. Ex quo
cepit medicus iste arte sua
exercere. Multa hic videmus
horrenda. Noli mirari anteq[uam]
aliquis curaret medici a sug[ge]
stione medici videbat[ur]. Immo
iam tu videns excute vanas
delicias. Venit medicus sa
nitatis tempus est no volup
tatis. Curemus ergo fr[atr]es sicu[t]
du[m] medicu[m] agnoscimus no i[n]
eu[m] tamq[uam] frenetici seuiamus
no ab eo tamq[uam] letargici auerta
mur. Multi enim seuiendo mul[ti]
dormiendo perierunt. Frenetici

sunt qui non dormiendo insaniunt
letargitici sunt qui multum dor
miendo pereunt. Prorsus tres sunt
homines quos medicus iste. Alii
seuire in eum nolunt et quia
ipse in celo sedet membra eius
fideles in terra persequuntur. Curat et
tres. Multi ex eis quos ipse i
micis sunt amici ex persecu
toribus facti sunt predicatores. Ta
les etiam ipsos medicos in scriptura
Cum hic esset seuientes tamquam
freneticos sanauit pro quibus in
ligno pendens orauit. Dixit
enim Pater ignosce illis quia nesciunt
quid faciunt. Multi tamen corpore
sedati furoris tamquam frenesi
oppressi cognouerunt deum conuenerunt
Christum post ascensionem misso spiritu
sancto conuersi sunt ad deum quem cru
cifixerunt et in sacramento credentes
sanguinem eius biberunt quem
seuiendo fuderunt. Item unus ex illis
persequebatur membra eius iam seden
tis in celo Saulus persequebatur gra
uiter in frenesi mente perditus
morbo nimio. At ille uoce
de celo clamauit ei. Saule Sau
le quid me persequeris. Percussit
freneticum erexit sanum occidit
persecutorem erexit predicatorem.
Etiam letargici multi sanati.
Ipsi enim fideles sunt qui non seui
unt in Christum malitiosi sunt ad
usus prauos sed tamen dissuendo
languescunt. Verbis sanis nolentes
in lucem oculos extendere pigrescunt
et qui eos excitare uolunt mo
lesti sunt. Recede inquit a me lan
guidus letargitus obsecro te
recede a me. Quare? Dormire
uolo. Sed morieris inde. Ille
amore soporis mori uolo uidet
et caritas desuper nolo. Plerumque
istum caritatis affectum exhi
bet filius etiam patri seniori iam
utique etate functo. Si lethargi
cum uidet et lethargico morbo
premi suum patrem agnoscit a me
dico dicente sibi. Excita patrem
tuum noli eum permittere dormire
si uis ut uiuat. Adest puer seni
pulsat uellicat pungit pietate
molestus est nec mori cito pa
titur cito moriturus et non uixerit
ut aliquos plures dies uiuat
cum discesserit successurus. Quanto
maiori caritate nos amici nostri
molesti esse debemus cum quibus
non paucos in hoc mundo dies
sed apud deum eternum uiuamus.
Amet ergo nos et faciat quod au
diuit per nos et tollat que tollimus
et nos ut recipiat quod speramus
et nos.

In natali sanctorum apostolorum Philippi et Jacobi etc.

In illo tempore dixit ihesus
discipulis suis. Non turbetur
cor uestrum. Creditis in
deum et in me credite. Recta Vesper

Omelia lectionis eiusdem sancti augustini episcopi recta sequitur

Erigenda est in nobis fra
tres karissimi ad deum maior
intencio. Ut verba sancti ewan
gelii que modo in auribus
sonuerunt eciam mente capere ut
cumque possimus. Ait enim dominus ihesus
xpistus. Non turbetur cor vestrum. Cre
ditis in deum et in me credite. Ne mor
tem tamquam homines timerent et ideo
turbarentur consolatur eos in se deum
esse contestans. Creditis inquit in deum
et in me credere debeatis. Quod
non esset consequens si xpistus non esset deus.
Creditis in deum et in me credite. Cui
non est rapina esse equalem
deo semetipsum exinaniuit non tamen
formam dei amittens sed formam servi
accipiens. Mortem metuitis huic
forme servi. Non turbetur cor vestrum
suscitabit illa forma dei. Sed quid
est quod sequitur. In domo patris
mei mansiones multe sunt nisi quia
et sibi metuebant. Unde audire
debuerunt. Non turbetur cor vestrum.
Quis enim eorum non metueret cum
petro dictum esset fidentiori atque pro
ptiori. Non negabit gallus do
nec me ter neges. Tamquam ergo
essent ab illo perituri merito tur
babantur. Sed cum audiunt in domo patris
mei mansiones multe sunt. Si quo
minus dixissem vobis quia vado pa
rare vobis locum a perturbacione recreantur cer
ti ac fidentes eciam post pericula temp
tacionum se apud deum cum xpisto

esse mansuros quia et si alius
est alio forcior alius alio sapien
cior alius alio iustior alius alio
sanctior in domo patris mei man
siones multe sunt. Nullus eorum alie
nabitur ab illa domo ubi man
siones pro suo quisque accepturus
est merito. Denarius quidem ille e
qualis est omnibus quem pater
familias eis qui operati sunt in vi
nea iubet dari omnibus non ideo
distinguens qui minus et qui amplius
laborarunt. Quo utique denario
vita significatur eterna ubi amplius
alio nemo vivit quia vivendi
non est diversa in eternitate mensura
sed multe mansiones diversas merito
rum in una vita eterna significant
dignitates. Alia enim gloria solis
Alia gloria lune alia gloria stel
larum. Stella enim a stella dif
fert in gloria sic et resurrectio mortuorum.
Tamquam stelle sancti diversas man
siones diverse claritatis tamquam in
celo sortiuntur in regno. Sed
propter unum denarium nullus separa
tur a regno atque ita deus erit
omnia in omnibus. Ut quia deus
caritas est per caritatem fiat
ut quod habent singuli commune sit
omnibus. Sic enim quisque et
ipse habet cum amat in altero
quod ipse non habet. Non erit itaque
aliqua invidia imparis clari
tatis quia regnabit in omnibus

benignitas caritatis. Et si abiero in-
quit et preparauero vobis locum iterum
venio et accipiam vos ad meipsum
ut ubi ego sum et vos sitis. O
domine ihesu xpe qui vadis parare.
Si iam mansiones multe sunt
in domo patris tui ubi tecum ha-
bitabunt tui cur ut accipias eos
ad teipsum quo iterum venis qui
non recedis. Ista karissimi breuiter
explicari non possunt sed alio ser- 68
mone tractanda sunt. Et si abiero
inquit parare vobis locum iterum ve-
nio et accipiam vos ad meipsum
et ubi ego sum et vos sitis.
Quomodo vadit et parat locum si iam
multe mansiones sunt. Si enim
dixisset vado parare aut si adhuc
parande sunt cur non ita dixisset
vado parare. Iste mansiones
etiam sunt parande. Si enim
eum esset dixisset vado parare.
Et tamen quia ita sunt ut paran-
de sint non eas vadit parare
sicut sunt sed si abierit et parauerit
sicut future sunt iterum veniens
accipiet suos ad seipsum ut
ubi est ipse sint et ipsi. Quomodo
ergo mansiones in domo dei pa-
tris non alie sed ipse et sine
dubio iam sunt et sic parande sunt
et nondum sunt sic parande sunt.
Quomodo putamus nisi quomodo etiam
prophetia predicat deum qui fecit

que futura sunt. Non enim ait qui facturus
est que futura sunt. Ergo et fecit
ea et facturus est ea. Nam neque facta
sunt si ipse non fecit. Fecit ergo ea pre-
destinando facturus est operando sicut
discipulos quos elegit sicut indicat
euangelium tunc utique quando eos voca-
uit tamen ait apostolus. Elegit
nos ante mundi constitutionem. elegit
vocando in fine seculorum. Sic et man-
siones preparauit et parat qui fecit
que futura sunt quas preparauit predesti-
nando preparat operando. Iam ergo sunt
in predestinatione. Si quo minus di-
xissem ibo et preparabo id est predestinabo.
Sed quia nondum sunt in operatione.
Et si abiero inquit. Et preparauero vo-
bis locum iterum venio et accipiam
vos ad meipsum. Parat autem
modo mansiones mansionibus preparando
mansiones. Nempe enim dixit
in domo patris mei mansiones multe sunt. Quid putamus
esse domum dei nisi templum dei. Quod
autem sit interroga apostolum et respondebit
templum enim dei sanctum est quod estis
vos. hoc est in regnum dei quod
filius traditurus est patri. Unde dicit
idem apostolus. Initium xpus deinde
hii qui sunt xpi in presentia eius
deinde finis cum tradiderit regnum
deo patri id est quos tradit redemit
sanguine suo. Tradidit contemplando
etiam patri suo hoc est eum regnum

celorum de quo dicitur Simile est
regnum hominum seminanti bonum se
men in agro suo Bonum autem seme
hii sunt filii regni qui nunc sunt
sunt permixta zizania mittet in
fine rex ipse angelos suos et col
liget de regno eius omnia sca
dala tunc iusti fulgebunt sicut
sol in regno patris sui Regnum ful
gebunt in regno cum regnum venit
regno quod nunc oramus dicimus
Veniat regnum tuum. Et nunc ergo iam
regnum vocatur sed adhuc convocatur
Si enim regnum dei non vocaretur
colliget de regno eius omnia
scandala non diceretur. Sed nondum
regnat hoc regnum Ut tunc de illo
ablata fuerint omnia scandala
tunc perveniat ad regnum. Ut non
solum regni nomen sed etiam regni
dei habeat potestatem Dicturus quippe
regno a dextera stanti in fine
dicet Venite benedicti patris mei
percipite regnum i. qui regnum
eratis et non regnabatis venite
regnate ut quod in spe fuistis etiam
in re esse possitis. Hec ergo domus
dei hoc regnum dei hoc templum
dei regnumque celorum adhuc edi
ficatur adhuc fabricatur adhuc
paratur adhuc congregatur. In illo e
runt mansiones sicut eas adhuc
parat dominus in illo iam sunt sicut
predestinavit dominus. Sed quid est quod ut
pararet abiit cum profecto nos ipsos
parare quos non faciet si relinquit

agnoscenda credentur ut possit. Anima
rum id est fidelium quietem paret
iste mansiones venire debet
in sanctis ex fide. Cum enim a
domino peregrinatur opus habet ex fide
vivere quae perducit ad speciem con
templandam paratur. Beati enim mundo
corde quoniam ipsi deum videbunt.
et fide mundat corda eorum
illud in euangelio hoc in apostolorum ac
tibus legitur. Fides autem qua
credentur qui deinde visum sunt
quod dum peregrinatur corda munda
quod non videt credit. Nam si videtur
non est fides. Credenti colli
gitur meritum videnti redditur premi
um. Eat ergo dominus et paret loc
um ne videatur lateat ut cre
datur. Tunc enim locus paratur si ex
fide vivitur. Creditus desideretur
ut desideratus habeatur. desiderium
dilectionis preparatio est mansionis
Ita domine para quod paras. Nos
enim tibi paras et te nobis pa
ras quia locum paras et tibi
in nobis. Tu enim dixisti ma
nete in me et ego in vobis
quantum quisque fuerit particeps tui alius
minus alius amplius. hec
erit enim diversitas premiorum hec
erit multitudo mansionum pro dispa
rilitate meritorum sed omnes in eternum
vivunt et sine fine beati. Sed
quid est quod vadis quid est quod venis

Si vero te intelligo nec unde vadis
nec unde venis recedis vadis la-
tendo venis apparendo. Sed nisi
maneas regendo ut proficiamus
bene vivendo quomodo parabitur locus
ubi possimus manere perfruendo. Se-
quitur. Dicit ei thomas. Domine nescimus quo 69
vadis et quomodo possumus viam scire.
Utrumque illos dominus dixerat scire utrum-
que dixit iste nescire et locum quo
itur et viam qua itur. Sed nescit
mentiri. Ergo isti sciebant et se
scire nesciebant. Convincit eos scire
quod se putant adhuc ipsi nescire.
Dicit ei ihesus. Ego sum via veritas
et vita. Quid est fratres. Ecce audi-
vimus discipulum interrogantem audivi-
mus et magistrum docentem et nondum
capimus etiam post vocem sonantem
summam latitantem. Sed quid non possu-
mus capere. Numquid poterant ei dicere
apostoli eius cum quibus loquebatur nes-
cimus te. Proinde si eum sciebant
et via ipse est viam sciebant. Si eum
sciebant et vita et ipse vita sciebant.
Si eum sciebant et veritas ipse est
veritatem sciebant. Ecce scire quod nes-
ciebant se scire nesciebant. Quid ergo
et nos in isto sermone non capimus.
Quid putatis fratres mei nisi quod
dixit et ego quo vado scitis et
viam scitis. Ecce novimus quod scie-
bant viam quia sciebant ipsum qui est
via. Sed via est qua itur. Numquid
via est et quo itur. Utrumque autem
illos dixerat scire et quo vadit et
viam. Opus ergo erat ut diceret ego sum
via ut ostenderet eos quia eum sciebant
viam scire quam putaverant se nescire.
Quid autem opus erat ut diceret
ego sum veritas et vita cum via cognita
quo iret restaret nosse quo
iret nisi quia ibat ad veritatem ibat
ad vitam. Ibat ad seipsum per seipsum.
Et nos quo imus nisi ad ipsum et
qua imus nisi per ipsum. Ipse igitur ad se
ipsum per seipsum nos ad ipsum per ipsum.
Ipse vero ad patrem et ipse et nos.
Nam de se ipse alibi dicit ad patrem
vado et hoc loco propter nos. Nemo
umquam venit ad patrem nisi per me.
Ac per hoc et ipse per seipsum et ad seipsum
et ad patrem et nos per ipsum et ad ipsum
et ad patrem. Quis hec capit nisi
qui spiritualiter sapit. Et quantum est quod
hic capit et qui spiritualiter sapit. Fratres
mei quid nunc ista vobis vultis
exponi. Cogitate quam excelsa
sunt. Videtis quid sim video quid
sitis. In omnibus nobis corpus quod
corrumpitur aggravat animam et depri-
mit terrena inhabitatio sensum multa
cogitantem. Putamusne possumus
dicere. Ad te levavi animam meam
qui habitas in celo. Sed sub tanto pondere
ubi ingemiscimus quomodo
levabo animam meam nisi mecum
levet qui posuit pro me suam.

dicat et ego quod possum capiat ves
tra capacitas. Quo donante dico
eo donante capit qui capit eo etiam
donante credit qui nondum capit
Si enim non credideritis inquit propheta non
intelligetis. Dic mihi domine deus
meus quid dicat servus tuus conservis
servis meis. Thomas apostolus
ut te interrogaret habuit te ante se
nec tamen intelligeret te nisi te haberet
in se. Ego interrogo te quia te scio esse
super me. Interrogo in quantum possum
super me effundens animam meam. Ubi
non sonante et tamen docente audi
am te. Dic mihi obsecro te quo
vadis ad te. Numquid enim ut venires
ad nos reliqueras te maxime quia
non a te ipso venisti sed pater te misit.
Scio quidem quod te exinanivisti sed
quia formam servi accepisti non
quia formam dei vel ad quam redires di
misisti vel quam reciperes amisisti
et tamen venisti et non solum usque ad
carnales oculos verum etiam usque ad manus
hominum pervenisti. Quo nisi in carne
ne per hanc venisti manens ubi
eras per hanc redisti non relinquens
quo veneras. Si ergo per hanc venisti
et redisti vel per hanc procul dubio
non solum nobis es qua veniremus ad te
via et qua veniens et rediens via
fuisti. Cum ergo ad vitam quae es ipse
misisti candem per eandem tamen tuos
ad vitam de morte duxisti. Aliud
quippe verbum dei est aliud homo. Sed

verbum caro factum est id est homo. Non
itaque alia verbi alia est hominis
persona quia utrumque est christus
una persona. Ac per hoc quemadmodo
cum caro mortua est christus est
mortuus et cum caro sepulta est
christus sepultus est. Sicut enim corde
credimus ad iustitiam sic ore confes
sionem facimus ad salutem. Ita
cum caro venit de morte ad vitam
christus venit ad vitam et quia verbum
dei christus est vita. Ita miro quo
dam et ineffabili modo qui numquam
se dimisit vel amisit seipsum
venit ad seipsum. Venerat autem
ut dictum est per carnem deus ad ho
mines veritas ad mendaces. Deus
enim verax est omnis autem homo
mendax. Cum itaque ab hominibus
abstulit atque illuc ubi nemo
mentitur carnem suam levavit
idem ipsum quia verbum caro factum est
per seipsum id est per carnem ad veritatem
quod est ipse remeavit. Quam
quidem veritatem quamvis inter menda
ces et in morte servavit. Aliquando
enim christus fuit mortuus sed
numquam fuit falsus. Accipite
quamvis dissimile et longe impar
exemplum tamen ut utcumque ad intel
ligendum deum ex his que propius
subiecta sunt deo. Ecce ego
quantum attinet ad animum meum cum
hic sicut estis et vos sum tacendo apud
meipsum. Si autem loquar vobis

quod intelligatis quodammodo ad vos
procedo nec me relinquo sed ad vos
accedo et non recedo unde procedo.
Cum autem taceretur quod ad modum
vobiscum maneo. Si teneretis
quod audistis in sermone quod dico. Si
hec potest ymago quam fecit deus
quid potest non adeo facta sed ex
deo nata ymago dei deus cuius
illud quo ad nos egressus est et
in quo a nobis regressus est corpus
ero sicut meus clausis est sepulcro
sed manet ubi iam non moritur et
mors ei ultra non dominabitur. Quid 70
igitur esset ire ad seipsum quod etiam
discipulis prestat ut eant ad ipsum
per ipsum ut potuimus priori sermone
iam diximus. Quod itaque ait
ut ubi ego sum et vos sitis ubi
erant futuri nisi in ipso. Ac per hoc
est etiam ipse in seipso et ideo ibi
illi ubi et ipse hoc est in ipso ipse
est igitur vita eterna in qua futuri
sumus cum acceperit nos ad se
et ipsa vita eterna quod ipse est
in ipso est et ubi est ipse et nos
sumus hoc est in ipso. Sicut
enim pater habet vitam in semetipso
et utique non aliud est vita quam habet
nisi quod est ipse qui habet habet
sicut dedit filio habere vitam in se
in semetipso cum ipse sit vita quam habet
in seipso. Verum quod erimus nos vita quod
est ipse hoc erimus cum illam vitam que
est in ipso esse ceperimus non utique

quia ipse existendo vita habet vitam
et ipse est quod vita est in ipso ipse est
in seipso. Nos autem non ipsa vita sed
ipsius vite participes sumus atque ita
ibi erimus ut non in nobis ipsis non quod
ipse est esse possimus sed nos ipsi non vitam
ipsum habeamus vitam qui seipsum habet
vitam eo quod ipse vita sit. Denique
ipse in seipso et immutabiliter et in patre
et inseparabiliter. Nos vero cum in nobis
ipsis esse voluissemus ad nos ipsos
turbati sumus. Unde illa vox est ad me
ipsum turbata est anima mea atque in
deterius commutati neque illud quod sumus
permanere potuimus. Cum autem per ipsum
venimus ad patrem. Sic ait nemo
venit ad patrem nisi per me manentes
in illo nec a patre nos quisquam potuit se
parare nec ab illo. Connectens itaque
consequentia precedentibus. Si cognovissetis
me et patrem meum utique cognovis
setis. Hoc est quod ait nemo venit
ad patrem nisi per me. Deinde sub
iungit. Et amodo cognoscetis eum
et vidistis eum. Sed philippus
unus ex discipulis quod audierat non
intelligens. Domine inquit ostende nobis
patrem et sufficit nobis. Cui dominus
Tanto tempore inquit vobiscum sum
et non cognovistis me. Philippe
qui videt me videt et patrem meum.
Ecce increpat quod tanto tempore
cum ipsis erat et non cognoscebatur. Nonne
ipse dixerat quo ego vado scitis

et viam scitis et se nescire dicentes
eos hoc scire convincit addendo atque
dicendo. Ego sum via veritas et vita.
Quomodo ergo nunc dicit tanto tempore vobis-
cum sum et non cognovistis me
cum profecto et quo iret et viam sciret
non aliud nisi quod ipsum utique sciret.
10r Sed facile ista solvitur questio si dicamus
quod eum aliqui eorum sciebant aliqui
nesciebant atque in hiis qui nesciebant
philippus erat et quod ait. Et quo ego
vado scitis illis dixisse intelligatur
qui sciebant non philippo cui dictum
est tanto tempore vobiscum sum et non
cognovistis me philippe. Hiis ergo
qui filium iam noverant etiam illud
de patre dictum est et amodo cognoscetis
eum et vidistis eum. Dictum est enim
propter omnimodam similitudinem que illi cum
patre est. Ut ideo amodo dicerentur
nosse patrem quia noverant
similitudine filium quem iam sciebant
esse filium et si omnes certe quidam
eorum quibus dicit. Et quo vado
scitis et viam scitis. Ipse est enim
via. Sed patrem nesciebant ideo
audiunt. Si cognovissetis me
et patrem meum utique cognovissetis
per me utique illum alius enim ego
sum alius ille. Sed ne putarent
dissimilem et amodo inquit cognoscetis et
vidistis eum. Viderunt enim eius simillimum
filium sed admonendi fuerunt talem
etiam patrem esse quem nondum vide-

bat. Et ad hoc valet quod postea
philippo dicitur. Qui videt me vi-
det et patrem meum non quod ipse sit
ipse et filius quod in sabellianis
qui vocantur etiam patripassiani
katholica fides dampnat. Sed
quod tam similes sunt pater et filius
et ~~vult~~ ut qui unum noverit am-
bos noverit. Solemus enim de similibus
duobus ita loqui eis qui unum
illorum vident et qualis sit alius
volunt nosse. Ut dicamus vidi-
stis istum illum vidistis. Sic ergo
dictum est qui videt me videt et
patrem non quidem ipse sit pater qui
filius sed quod patris similitudine in
nullo prorsus discrepet filius. Non
nisi duo essent pater et filius non
dictum esset si cognovissetis me et
patrem meum cognovissetis. Quia ergo
per quem venitur ad patrem perducat
vos ad eum ut ipsum et cognoscatis.
Sed quoniam illi sum simillimus amodo
cognoscetis eum cum cognoscitis me
et vidistis eum si cordis oculis
vidistis me. Quid ergo est quod
dicitis philippe ostende nobis pa-
trem et sufficit nobis. Tanto igitur
tempore vobiscum sum et non cogno-
vistis me. Philippe qui videt
me videt et patrem meum quod si
ad te multum est hoc videre saltem
quod non vides crede. Quomodo ei dicis

inquid ostende nobis patrem. Si me
vidisti qui omnimodo similis sum
vidisti illum cui similis sum. Sed
si videre non potes non saltem credis
quia ego in patre et pater in
me est. Poterat hic dicere philip
pus video quidem te, credo te
similem esse patri. Sed nunquid ar
guendus et obiurgandus est
qui cum similem videt etiam illum
cui est similis wlt videre. Similem
quidem novi sed adhuc alterum sine
altero novi. Non michi sufficit
nisi illum cui est similis noverim.
Ostende nobis itaque patrem et suf
ficit nobis. Sed ideo magister disci
pulum arguebat quem cor postulantis
videbat. Tanquam enim melior pater
esset quam filius ita filius patrem
nosse cupiebat et ideo filium scie
bat quo melius aliud esse credebat.
Ad hunc sensum corrigendum dictum
est. Qui videt me videt et patrem
meum. Quomodo tu dicis ostende nobis
patrem. Video quomodo tu dicis. Non
alterum queris videre similem, sed illum
putas esse meliorem. Non credis
quia ego in patre et pater in me est.
Cur in similibus distantiam cupis
cernere. Cur inseparabiles separatim de
sideras nosse. Deinde non ad so
lum philippum sed ad eos plures
loquitur dicens verba que ego loquor 71
vobis a meipso non loquor. Audi
te ambulantes a capite mentibus

dilatissimum loquentibus quidem vobis
sed ipso docente qui non recedit a nobis
Quibus dicit quid cum legere audistis
verba que loquor vobis a meipso
non loquor. Pater autem in me
manens facit opera ipse. Ergo et verba
opera sunt. Plane ita est. Nam proximo
suo qui proximum loquendo edificat
bonum opus operatur. Sed quid est a
meipso non loquor nisi a meipso
non sum qui loquor. Et quippe
tribuit quod facit de quo est ipse
qui facit. Pater enim deus non
est de aliquo. Filius autem est idem
patri equalis sed de patre deus. Ideo
ille deus sed non de deo lumen sed
non de lumine. Iste vero deus de deo
lumen de lumine. Nam in hijs duabus
sententijs. Una qua dictum est non
a meipso loquor. Alia qua dictum
est pater autem in meipso manens
facit opera. Ipse singulas tenentes
diversis nobis adversantur heretici
qui non communia parte sed in contraria
tendentes a via veritatis exorbi
tant. Arriani quippe dicunt. Ecce
inequalis est patri filius non a seipso
loquitur. Dicunt Sabelliani qui et
patripassiani. Ecce pater est ipse et
filius. Quid est enim pater in me
manens ipse facit opera nisi in me
manet eo qui facio. Econtrario dicitis
sed non eo modo sicut est filius. Eorum vero
sed sicut est in me si duo ita quam
contrario indivisa istis in medio

est via quam reliquistis Inter vos ipsos
longiori intervallo separati estis quam
ab ipsa via cuius desertores estis
vos hinc vos autem illinc hinc ve
nite alteri ad alteros transire nolite
sed hinc atque illinc ad nos venientes
In me invenite. Sabellia
ni agnoscite quem permittitis. Ar
riani equate quem subditis et in
via recta nobiscum ambulabitis
Est enim quod invicem ex vobis alter
ex alteris admoneri utique debea
tis. Audi Sabelliane usque adeo
non ipse pater sed alter est filius ut
eum arrianus et equalem asserat
patri. Audi arriane usque adeo fi
lius equalis est patri. ut sabellianus
eundem esse dicat et patrem. Tu
adde quod tollis tu adimple quod mi
nuis. Ut nobiscum ambo consista
tis quia nec tu tollis si tu mi
nuis quod et alter est a patre ut con
cedat sabellianus et equalis est patri
ut convincat arrianus utrique enim clamat
ego et pater unum sumus. Quod autem
unum audiat arrianus quia ait su
mus audiat Sabellianus et nec
illi equalem nec illi alterum negan
do sunt unum. Si ergo qui dixit
verba que ego loquor vobis a me
ipso non loquor propterea putatur usque
adeo imparis potestatis ut non quod
ipse vult faciat audiatur quod dixit
Sicut pater suscitat mortuos et
vivificat sic et filius quos vult

vivificat. Item si quod dixit pater
in me manens facit opera ipse propterea
non putatur alius esse pater alius
ipse audiatur quod dixit quecumque
pater facit hec et filius simili-
ter facit et intelligatur non hiis unum
sed duo unum unumque sit equalis alter
alteri ut tamen alter ex altero ideo
non loquitur a semetipso manens fa
cit opera quia ipse totum quo
facit non est nisi ab ipso. Denique
adiungit et dicit. Non creditis
quia ego in patre et pater in me
est alioquin propter opera ipsa credite.
Antea solus philippus increpa
batur nunc autem non ibi eum solum
fuisse qui esset arguendus osten
dit propter opera ipsa mihi credite quia
ego in patre et pater in me est. Ne
enim si separati essemus inseparabi
liter operari nullatenus possemus
Sed quid est quod sequitur. Amen
amen dico vobis qui credit in
me opera que ego facio et ipse
faciet quia ego ad patrem vado et
quodcumque pecieritis in nomine meo
72 hoc faciam. Quid sibi velit
et quid accipiendum sit quod dix
erit. Qui credit in me opera que
ego facio et ipse faciet non est fa
cile comprehendere. Et cum hoc in
telligendum sit difficilimum ad
iecit aliud difficilius et maius

horum faciet. Quid est hoc qui fa
ceret opera que xpistus faciat non
meminebamus qui etiam maiora
faciat inventum sumus. Sed dixe
rimus sermone proximo qui maius
fuit umbre sue transitori quod disci
puli fecerunt quam fimbrie sue tac
tu quod ipse dominus fecit sanare lan
guentes. Et quia plures apostoli quam
ipse per se ipsum predicatione domino
crediderunt ut hec videantur opera
intelligenda esse maiora non quo
maior esset magistro discipulus vel
domino servus vel adoptatus uni
genitus vel homo deo sed quod
per illos ipse dignaretur eadem
maiora facere qui dixit eis alio
loco Sine me nichil potestis
facere. Ipse quippe ut alia omittam
que sunt mirabilia sine ipsis
fecit ipsos sine ipsis fecit hunc
mundum et quia homo etiam ipse
fieri dignatus est sine ipsis fecit
se ipsum. Quid autem illi sine ipso
nisi peccatum. Denique et hic quod de
hac re potuerat nos movere mox
abstulit. Cum enim dixisset
qui credit in me opera que ego
facio et ipse faciet continuo secu
tus adiunxit quia ego ad pa
trem vado et quodcumque pecieritis
in nomine meo hoc faciam. Ergo
dixerat faciet post ait faciam
tamquam diceret Non vobis hoc impos
sibile videatur non enim poterit

esse maior me qui credit in me quam
ego sum faciens et tunc maiora quam
nunc maiora per eum qui credit in me
quam preter eum per me ego tamen ipse
preter eum ego tamen ipse per eum ego
ipse per eum. Sed qui per eum non faci
et ipse qui ante per eum quamvis non
per se ipsum faciet et ipse. Porro autem
maiora per eum facere quam per eum unde
defectio sed dignatio. Quid enim re
tribuat servi domino pro omnibus que retri
buit eis quia quidem inter cetera bo
na eciam hoc donare dignatus est ut
maiora faceret per illos quam per se illos
Nonne ab ore ipsius dives iste tristis
abscessit quando vitam eternam consilium
consuluit audivit abiecit et tamen
postea ab illo auditum non fecit
unus fecerunt multi cum loqueretur
ad discipulos magister bonus contempti
ci quam si ipsum monuit amabiles
quos ex divitibus pauperes fecit
Ecce maiora fecit predicatus a cre
dentibus quam locutus audientibus. Sed
hoc adhuc movet quod hec maio
ra per apostolos fecit non autem ipsos
tantum significans ait opera que ego facio
facietis sed omnes ad suam familiam
pertinentes intelligi voluit. Qui
credit in me inquit opera que ego
facio et ipse faciet et maiora horum
faciet. Si ergo qui credit faciet non
credit utique qui non faciet sicut est

Qui diligit me mandata mea cus
todit Unde profecto qui non custo
dit non diligit. Ite alio loco Qui
audit inquit verba mea hec et facit
ea. Similabo eum viro prude
ti qui edificavit domum suam supra
petram. Qui ergo non est similis viro
prudenti procul dubio aut verba
hec audit et non facit aut omnino
nec audit. Qui credit in me i
quit licet moritur vivet non uti
que credit. Tale etiam hoc est qui cre
dit in me faciet non utique credit
qui non faciet. Quod hoc est scies
Numquid inter credentes in christum non est
computandus qui non facit opera
maiora quam christus. Durum est absur
dum est fieri non potest nisi tolleat
nisi intelligat. Apostolum ergo audiamus
Credenti inquit in eum qui iustificat
impium deputatur fides ad iusticiam
In hoc opere faciamus opera christi quia
et ipsum credere in christum opus est christi
hoc operatur in nobis non utique sine nobis
Audi iam ergo et intellige. Qui cre
dit in me opera que ego facio ipse
faciet prius ego facio deinde ipse
faciet quia facio ut faciat ille
opera nisi ut ex impio iustus fi
at et maiora horum faciet quorum
obsecro. Numquid iam omnium operum christi
maiora facit qui cum timore et
tremore suam ipsius salutem operatur
Operatur utique in illo sed non sine ipso christus
operatur prorsus maius hoc esse dixerim

quam est celum et terra et que in eis i
ntuitur in celo et in terra. Et celum
et terra transibit predestinatorum
autem salus et iustificatio permanebit
Sed illis tantum opera christi in his aut
etiam ymago dei sed in celis sedes
dominationes principatus potestates
archangeli et angeli opera sunt christi
Numquid in his operibus maiora facit
que operante in se christo cooperatur
eterna salute ad iustificationem suam
Non hic audeo precipitare sententiam
Intelligat qui potest. Vero maius
sit iustos creare quam impios iusti
ficare. Certe enim si equalis est virtu
te hoc maior est misericordie hoc
est enim magnum pietatis sacra
mentum quod manifestatum est in carne
iustificatum est in spiritu apparuit an
gelis predicatum est gentibus
creditum est in mundo assumptum est in
gloria sed omnia opera christi intelli
ge ubi ait maiora horum faciet
nulla nobis necessitas cogit. Horum n
forsitan dixit que illa hora fa
ciebat tunc autem verba fidei facie
bat et de his operibus sicut predocui
dicens verba que ego loquor vobis
a me ipso non loquor pater autem
in me manens facit opera ipse certe
igitur verba eius erant opera eius
Et utique minus est verba iusticie
predicare quod fecit preter nos
quam impios iustificare quod ita
facit in nobis ut faciamus et nos

Item sermo beati augustini episcopi

Cogit nos dies lectionis ne
desperatione frangamur
et rursus terret ne superbia
ventilemur. Tenere autem viam
mediam veram rectam tanquam inter si-
nistram desperationis et dexteram
presumptionis difficillimum esset
nobis nisi Christus diceret. Ego sum
inquit via veritas et vita. Quasi
vis ire ego sum via. Quo vis
ire. Ego sum veritas. Ubi vis per-
manere. Ego sum vita. Securi ergo
ambulemus in via. Sed insidias
timeamus iuxta viam. Inimicus
insidiari non audet in via quia Christus
est via. Sed iuxta viam plane
non desinit. Unde in psalmo dicitur
Iuxta semitam scandalum posuerunt
michi. Dicit et alia scriptura. Memento
quia in medio laqueorum ingrederis
Isti laquei inter quos ingredimur
non sunt in via sed tamen sunt iuxta
viam. Quid formidas quid me-
tuis si in via ambulas. Tunc ti-
me si deseris viam. Propterea ideo
etiam permittitur inimicus ponere
iuxta viam laqueos ne securitate
exultationis via deseratur et in-
sidias incidatur. Via Christus
humilis Christus et veritas et vita Christus
excelsus et deus. Si ambulas
in humili pervenies ad excelsum.
Si infirmus humilem non spernis
excelso fortissimus perfrueris.

Quid enim tibi humilitas Christi nisi infir-
mitas tua. Valde enim te vehemen-
ter tenebat et obsidebat infirmitas
et hec res fecit ut veniret ad te
tantus medicus. Si enim non sic eger-
tares ut tu posses ire ad medicum
potuisset tolerari non debere ipsa infirmi-
tas. Sed quia tu ire non potuisti
ad eum ille venit ad te venit do-
cens humilitatem. Quare videamus
quia superbi nos redire non sinebant
ad vitam. Ipsa fecerat nos a vita
recedere. Et exaltatum est enim huma-
num cor adversus deum in negli-
gens in ipsa sanitate preceptum
salutare. Decidit anima in infirmi-
tate. Audiat in infirmitate illud quod contemp-
sit in incolumitate. Audiat ut resurgat
quod sprevit ut caderet. Audiat tandem
experimento edocta quod per preceptum
edocta noluit obtinere. Docuit
enim eam miseria sua quid fecit ne-
gligere felicitatem. Quam malum
sit fornicari a deo et se presume-
re de eo quod bonum sit adherere deo.
Ipse humilem sequendo. Recedere
enim ab illo simplici et singulari
bono in istas multitudines vo-
luptatum et in timore semper cor-
ruptionis quas tremens attendit. Hoc
est fornicari a deo. Huic clama-
tur. Facies fornicarie facta est tibi
et impudorata es facta cum omnibus. Videamus nunc

obnubilacionis consilium. Noenim sic
increpat ut insultz sed ad confusione
vult prouocare per improperium et sanct
et exclamauit scriptum vehemen
ter nec pasperunt adulando ijs
voluit reparare. Adulterii nescit
quia amicus huius mundi inimi
cus dei constituitur. amor mundi a
dulterat animam amor fabricatore
mundi castificat animam. Sz misi
decem ire in pace exhibuit ad am
plexus illos castos redire non co
cupiscit. Confundatur et redeat
qui se iactabat ne rediret. Cui
superbia impediebat ne reditum
Cum ante increpat non facit petu
sed ondit pretium quo nolebat ani
vide ponitur eam ante se quod
post dorsum hre cupiebat ad fa
ciem illi admonet videte ite
qui vides scripula in oculo fris
tui trabem autem que in oculo tuo e
non vides. Reuocat ad se anima
que ibat a se. Sicut iciuit sic a deo
suo. dicit n. vos spopondit sibimet pla
cuerunt sicut parentis amatores sui
fuerit. Recessit ab illo et non re
mansit in se. Ideo et a se pellitur
et a se excludit et in ciora pla
bit. Amat mundum amat tempora
lia amat terrena. Que si se ipsam
amaret neglecto a quo facta est
iam minus esset iam deficeret
amando quod minus est. Minus est
enim ipsa quam deus et longe minus ta

tosz minus quanto minus est res
facta quam factor. Ergo amandus est deus
parumque omnes ita ut si fieri pot
nos ipsos obliuiscamur. Quis
ergo est iste transitus oblitus est aia
seipsam sed amando mundum nunc
obliuiscatur se sed amando artifice
mundi perfecta ergo a se quam amando
perdidit se. Et quia non facit sibi
cognouit inde nescit facit in ei
titates suas esset assumptus in pe
tulancia in luxuria in honoribus et
potestatibus in diuiciis in potencia
vanitatis ergo incipit
ondit sibi displicet sibi quitet
feditate despicit pulchritudinem
et que ibat effusa redditur con fu
sa. Contra illum videt orare
qui dicit. Imple facies eorum
ignominia. Imple ergo ignominia
facies eorum et querent nomen tuum
domine. Videlicet eos esse facies im
plet ignominia cupiebat. Videte
quemadmodum amicet eos quos
vult querere nomen dei. Amauit
tamen eam odit tamen eam et odit et
amauit primo odit et amat odit
tuum et amat te. Quid odit
tuum amat te. Odit quod fecisti
amat quod fecit deus. Negligis
quod facis et diligis quod fecisti
male quod opera tua negligis
in te opus dei. Merito is merito

laboris multo a tempore pigris multo
audis. Opus ambulans et temp
tens. Audi potius vocantem
et dicentem. Convertimini ad me
et convertar ad vos. Non enim deus
avertitur convertitur. Numquam corri
pit, numquam corripitur. Aversus
est quia tu te avertisti. Tu ab
illo fecisti casum non ipse a te
fecit occasum. Ergo audi dicen
tem tibi. Convertimini ad me et
convertar ad vos. hoc est enim quod
convertar ad vos quia convertimini
ad me. Fugietis deorsum propterea
quia sursum redeuntes illuminat. Quo
enim fugies quo fugies? Effugi
ens ab illo qui nullo loco continetur
et nusquam absens est qui conversum
liberat punit aversum. Quia hec
in dicte fugies hunc patrem ha
beto rediens. Timuerat ante
superbia et post timore paugus
ti redire non poterat. Clamat
ille qui factus est via. Intrate per an
gustam portam. Conatur ingredi
impedit timor et tanto magis
pmcodse conatur quanto magis
impedit timor. Timidum
enim vexat angustia vexatum
autem amplius timebitur amplius
timebitur qui intrabit. Ergo de
timescat si incipit ingredi bu
ante detimescat accipiat humi
litatis medicamentum bibat

contra timorem poculum amarum sed
salubre bibat poculum humilitatis
Quid se artat non sit moles non
magna sed timida magnitudo in
soliditate sed timor in statura
Non sibi magnus timidus vi
deatur. Detimescat ut mag
nus sit ut certus ut solidus non
ista terrena desiderat non de statu
pompatico rerum labentium corrup
tibilium quasi glorietur. Audiat enim
ipsum qui dixit Intrate per angustam
portam dicentem Ego sum via. Erit
enim querens timidus quia in verbo
audit. Ego sum via per me intra
non nisi per me ambulas ut intres
premia. Non sicut dixit
Ego sum via per me intra itale°
sum ianua quia quis totam rede
as quo redeas qua intres ne
alicubi erres ipse tibi via factus
est. Breviter quod dicit humilis
esto mitis esto audiamus hec ap
tissime dicentem ut videamus qua
sit via que sit via quo sit via
quo vis venire. Esse forte amati
tua anima vis possidere via tibi
credita sit apremco ingr. Effer
tasse certum est Christo sit tradita
Angustam audi apostolum dicentem
audi ut dixi iam dudum ne de
desperatione frangeris audi quo
amatus es non amatus. Audi.

quomodo amatus es turpis fedus
antequam esset in te quod amari dignum
esset amatus es prius ut dignus
fieres qui amareris. Etenim xpistus
sicut ait apostolus pro impiis mor
tuus est. Ante forte impius ad
ri merebatur. Avare. Quid me
batur impius dampnari. Vides
xpistus tamen pro impiis mortuus est
Ecce quid tibi promissum est impio
iam pio quid servatur. Quid promissum
tibi est impio xpistus pro impiis
mortuus est. Desiderabas aurum
omnia possidebis. Noli pauca appetere
pietate hoc quere. Si enim itaque
fueris possidebis tenebis eum cum
quo facta sunt omnia et tu in ipso omnia
possidebis. Item sermo sancti
Augustini episcopi et cetera

Inter cetera cum sanctum ewangelium
legeretur audistis quod ait
dominus ihesus. Ego sum via veritas
et vita. Veritatem et vitam omnis
homo cupit sed viam non omnis homo
invenit deum esse quandam vitam eternam
inmutabilem intelligibilem intelligentem
sapientem sapientes facientem
Non nulli etiam huius seculi philosophi vide
runt veritatem fixam stabilem indecli
nabilem ubi sunt omnes rationes re
rum omnium creatarum viderunt quidem
sed de longinquo viderunt sed in erro
re positi ideo ad eam tam magnam
et ineffabilem et beatificam possessionem
qua via pervenire non invenerunt
nam viderunt et ipsum ab homine
videri potest creatorem per creaturam
factorem per facturam fabricatorem mundi
per mundum. Paulus apostolus testis
est cui utique credere debetis. Nam ait
enim cum de talibus loqueretur. Reve
latur ira dei de celo super omnem
impietatem. ista sicut recognoscitis
Pauli apostoli verba sunt. Revelatur ira
dei de celo super omnem impietatem et
iniusticiam hominum qui veritatem in iniquitate
detinent. Numquid dixit eos non de
tinere veritatem sed veritatem in ini
quitate detinet bonum est quod te
net sed malum est ubi tenet
veritatem in iniquitate detinet. Ut
arrebat autem ut diceret ei dicunt
illi impii veritatem tenent. Numquid
deus ad quemquam eorum locutus est
numquid legem acceperunt sicut
israhelitarum populus per moysen. Unde
ergo detinet veritatem vel in ipsa
iniquitate. Audite quid se
quitur et ostendit quia quod notum
est dei in quid manifestum est
in illis deus enim illis manifestavit
manifestavit illis quibus le
gem non dedit. Audi quo mani
festavit. Invisibilia enim eius
per ea que facta sunt intellecta conspi
ciuntur. Interroga mundi ornatum
tum celi fulgorem dispositionem
ac syderum solem diei suffi
cientem lunam noctis solacium.
Interroga terram fructificantem her

et lignis malibus plena i oi
bus exornata Interroga mare
quot et qualibus natatilibus
plenum est. Interroga aerem quot
volatilibus viget. Interroga omnia
et vide si non sensu suo tamquam tibi
rundent deus nos fecit hec philosophi
nobiles quesierunt et ex arte
artificem cognoverunt. Quid ergo exprobatur
revelatur ira dei super omnem im
pietatem qui veritatem in iniquitate
detinet veniat ondat quomodo
dixit quod cognoverunt invisibilia
eius a dei per ea que facta sunt intel
lecta conspiciuntur sempiterna quoque eius
virtus et divinitas ut sint inexcu
sabiles quia cum cognovissent deum
non sicut deum honorificaverunt aut
gratias egerunt sed evanuerunt in cogita
tionibus suis et obscuratum est in
sipiens cor eorum apostoli verba sunt
non mea. Obscuratum est insipiens
cor eorum Dicentes enim se esse sapien
tes stulti facti sunt verba magistri apostoli
sunt. Dicentes se esse sapientes stul
ti facti sunt. Unde probatur stulticia
Unde apostolus et sicut ondit superius
vi potuit pervenire ad cognicionem
dei quoniam invisibilia eius per ea que
facta sunt intellecta conspiciuntur. Ita
vide ondit quomodo dicentes se esse
sapientes stulti facti sunt. Audi
quid immutaverunt gloriam in

i dom dei
sibi dicentes

incorruptibilis dei in similitudinem
imaginis corruptibilis hominis
et volucrum et quadrupedum et serpen
tium. Cognoscis enim istorum multum
sibi deos pagani fecerunt sunc
insti deum et colis ydolum. Iniustis
veritate ipsam veritatem in iniustitia
detines. Et quod per dei opera cogno
visti per opera hominis perdis. Totum
considerasti celi et terre maris ele
mentorum quoque omnem ordinem collegisti
Istud non vis attendere quia mundus
est opus dei ydolum opus fabri
Si faber ydolo sicut dedit figuram
dedit cor in ipso ydolo faber
adoraretur. Quomodo enim o homo faber
tuus deus est si homo ydoli fa
ber est. Quis est deus tuus qui
fecit te quis est deus fabri qui
fecit illum quis est deus ydoli
Ergo si ydolum cor haberet non fabrum
adoraret illud qui fecit. Ecce in
qua iniustitia veritatem tenuerunt
ad passiones illa quam viderunt in
profunditate non invenit xpistus in te
quia ipse est apud patrem veri
tas et vita et non habebamus qua
veniremus ad veritatem filius dei
qui semper est in patre veritas et vita
assumendo hominem factus est via
Ambula per hominem pervenies ad
deum per ipsum vadis noli querere

quia ad illum venies per ipsum venis. Si enim via ipse noluisset esse semper erraremus. Factus est ergo via qua venias. Non dico tibi quere viam ipsa via ad te venit. Surge et ambula ambula moribus non pedibus. Multi enim bene ambulant pedibus et male ambulant moribus. Alii enim ipsi bene ambulantes preter viam currunt. Invenies quippe homines bene viventes et non christianos bene currunt sed in via non currunt. Quanto plus currunt tanto plus errant quia a via recedunt. Si autem tales homines perveniant ad viam et teneant viam. O quanta securitas est quia et bene ambulat et non errat. Si autem non tenet viam quantumvis bene ambulet heu quantum dolendum est. Melius est enim in via claudicare quam preter viam fortiter ambulare. Hoc satis sit karitati vestre.

In inventione sancte Crucis etc.

In illo tempore. Erat homo ex phariseis nychodemus nomine princeps iudeorum. Hic venit ad ihesum nocte et dixit ei Rabbi scimus quia a deo venisti magister.

Omelia lectionis eiusdem venerabilis Bede presbiteri etc.

Sicut ex lectione sancti evangelii fratres karissimi audistis princeps venit ad ihesum nocte cupiens secreta eius allocutione plenius discere misteria fidei cuius aperta ostensione signorum aliquantenus iam rudimenta perceperat. Qui quam prudenter ea que ab illo fieri videbat intelligeret curavit subtiliter ea que ab eo querebat investigare promeruit. Rabbi inquit scimus quia a deo venisti magister. Nemo potest hec signa facere que tu facis nisi fuerit deus cum eo. A deo igitur ihesum ad magisterium celeste mundo adhibendum venisse confessus est deum cum eo fuisse mirabilibus perfectis intellexit necdum tamen ipsum deum esse cognovit. Sed quia quem magistrum veritatis cognoverat veritatis studio se docendum adiit merito ad agnitionem divinitatis eius perfecte doctus sublimiter utriusque nativitatis eius divine scilicet et humane sed et passionis atque ascensionis ipsius arcana percepit sed non etiam modum spiritualis generationis ingressum regni celestis. Aliaque perplurima doctrine evangelice sacramenta domino revelante didicit. Respondit ihesus et dixit ei. Amen dico tibi nisi quis renatus fuerit denuo non potest videre regnum dei. Que sententia tanto apertius cunctis fidelibus lucet quanto constat quia sine huius luce fideles esse nequeunt. Quis enim sine lavacro regenerationis

remissionem peccatorum consequi regnum
non valet intrare celorum. Sed ni-
chodemus qui nocte venit ad
dominum necdum lucis misteria capere
noverat. Lux namque et nox in qua venit
ipsa erat eius quam premebat ignoran-
ciam designat. Necdum enim cum
corpore christo sociatus erat quibus
ait apostolus. Fuistis aliquando tenebre
nunc autem lux in domino sed inter eos
potius remanebat quibus
loquitur ysaias. Surge illuminare
ierusalem quia venit lumen tuum et
gloria domini super te orta. Fudit
denuo verba. Quomodo potest homo nasci
cum sit senex. Numquid potest in ventrem
matris sue iterato introire et rena-
sci. Quia enim secunde nativitatis ad-
huc nescius perseverabat de sa-
lute autem sui iam sollicitus ex-
istebat necessario de una quam no-
verat nativitate an posset iterari
vel quo ordine regeneracionis posset
impleri. Querebat ne huius ex-
pers remanendo vite celestis
particeps esse nequiret. Nondum
intelligere quod iste de carnali dixit
hoc et de spirituali est regeneracione
sentiendum namque utique tamen postquam
scilicet postquam completa fuit posse
repeti. Sive hereticorum sive scis-
maticorum sive facinorosorum quisque in con-
fessione sancte trinitatis baptizet

non valet ille qui ita baptizatus
est a bonis catholicis rebapti-
zari ne confessio vel invocatio tanti
nominis videatur annullari. Nicho-
demus ad primam domini responsionem sol-
licitus quomodo sit intelligendum di-
ligenter inquirit incitatur iam plenius
instrui. Et quia nativitas non
carnalis sed spiritualis est manifestius indicat
namque illi ihesus. Amen dico tibi nisi
quis renatus fuerit ex aqua et
spiritu sancto non potest introire regnum
dei. Cuius nativitatis modum sub-
sequente expositione profusius quam a carnali
distinguens ait. Quod natum est
ex spiritu spiritus est. Nam spiritus invi-
sibilis, carnis est visibilis atque
ideo carnalis generacio visibiliter
administratur visibilibus incremen-
tis. Cum in carne nascentis per cer-
ta momenta proficiat, spiritualis ge-
neracio tota invisibiliter agitur.
Nam videtur quidem qui bap-
tizatur in fontem descendere, videtur
aquis intingi, videtur de aquis
ascendere. Quid autem in illo la-
vacro regeneracionis egerit mi-
nime potest videri. Sola autem fide-
lium pietas novit quia peccator
in fontem descendit sed purificatus
ascendit, filius mortis descen-
dit sed filius resurrectionis ascendit,
filius prevaricacionis descendit

Sed filius revocalicionis ascendit
filius ire descendit, sed filius nunc
ascendit. Filius diaboli descendit
sed filius dei ascendit. Sola tamen
causa mortis que generat nominat. Ce-
terum oculis inspiciam videt
this exire de fonte quibus intuitur
totumque lucius esse quod agitur
vel in fine videntis gloriam
sanctorum dicent gementes i tormen-
tis hii sunt quos habuimus ali-
quando in derisum et in similitudinem im-
properii quomodo ergo computati sunt inter
filios dei. Et apostolus Johannes
karissimi inquit nunc filii dei sumus
et nondum apparuit quod erimus.
Quod ergo natum est ex spiritu spiritus
est quia qui ex aqua et spiritu re-
generatur invisibiliter in novum
mutatur hominem et de carnali
efficitur spiritualis qui ideo vere
non solum spiritualis sed etiam spiritus
vocatur quia sicut substantia spiritus invisi-
bilis est mortalibus aspectibus, ita is
qui per gratiam dei renovatur in-
visibiliter fit spiritualis et dei fili-
us tunc visibilibus omnibus tamen et
filius hominis appareat. Sequitur
non mireris quia dixi tibi.
Oportet vos nasci denuo. Spiritus
ubi vult spirat quia hic in potestate
cuius cor gratie sue visitatione
illustret. Et vocem eius au-
dis tamen te presente loquitur is qui

spiritu sancto repletur sed nescis unde
veniat et quo vadat quia etiam
si te presente quempiam spiritus ad horam
impleverit non potes videre quo-
modo intravit vel quo redierit quia
natura est invisibilis. Sic est
omnis qui natus est ex spiritu. Et
ipse enim invisibiliter agente spiritu
incepit esse quod non erat ita ut in-
fideles nesciant unde venit et
quo vadat id est quia gratia regenera-
tionis venit in adoptionem filiorum
dei vadit in perceptionem regni
celestis. Queste autem ad
nichodemo quomodo possunt hec
fieri. Subiungit dominus dicens. Tu
es magister in israel et hec ignoras.
Non quasi insultare volens ei
qui magister vocatur tamen sit ig-
narus sacramentorum celestium sed ad
humilitatis illum viam provocans
sine qua ianua celestis non potest
inveniri. Si terrena dixi vobis
et non creditis quomodo si dixero vobis
celestia credetis. Terrena illis dixit
hic in superiori lectione inveniuntur
tunc de passione ac virtute sui cor-
poris quod de terra assumpserit
loquitur dicens. Solvite templum
hoc et in tribus diebus excitabo
illud non tamen credebat in verbo
quod dixit. Sed ne hoc quidem
intelligere valebant quia non de
alio quam de templo corporis sui

dicere. Cum igitur terrena audientes
non capiebant, quanto minus ad ce-
lestia. i. dic quia terrenorum capacitati
iustitia sufficiunt, addit ante
ad hunc dominus et de celestibus sacra-
mentis et doctrinis instruere eum
qui videt perspicue ac diligenter
hys que audit intendere. Celeste
namque est ascensio eius ad vitam
sempiternam, terrena vero exalta-
tio eius ad mortem temporalem.
dicit igitur de celestibus. Et nemo
ascendit in celum nisi qui descen-
dit de celo filius hominis qui
est in celo. Subiungit verbo de
terrenis. Et sicut moyses exal-
tavit serpentem in deserto, ita ex-
altari oportet filium hominis. Vel
descendisse de celo vel eo tempore
quo hic in terra loquebatur iam
fuisse in celo. Non est autem
confessio fidei catholice quia descen-
dens de celo filius dei filium
hominis in utero virginali cepit
eumque completa dispensatione
passionis sue resuscitavit
a mortuis et assumpsit in celum.
Non igitur caro Christi descendit de celo
neque ante tempus ascensionis erat
in celo. Et qua ratione dicitur
nisi qui descendit de celo filius
hominis qui est in celo nisi quia
una Christi persona est in duabus

existens naturis. Et quia idem filius
hominis recte dicitur et descendisse
de celo et ante passionem fuisse
quia quod ipsa natura hic non po-
tuit hoc in filio dei quo assump-
tus est habuit sicut propter eandem
unius Christi personam que ex duabus
constat naturis. Apostolus ait vos
spiritus sanctus posuit episcopos regere
ecclesiam dei quam acquisivit sanguine
suo. Neque enim deus in sua substantia
sed in homine assumpto sanguinem
quo pretium funderet habuit. Propterea dicit
Ascendit deus in iubilatione. Quo
enim deus nisi in homine ascendebat
qui in sue nature maiestate semper
ubique presens adest. Quare et hoc que-
rendum est quomodo verum est sic et
nemo ascendit in celum nisi qui
descendit de celo cum omnes electi
se venire confidant ascensuros
in celum promittente sibi domino quia
ubi sum ego illic et minister
meus erit. Cuius nodum questionis
aptissima ratio solvit quia videlicet
mediator dei et hominum homo
Christus Jesus electorum omnium caput
est. Itaque omnes electi eiusdem
capitis membra sunt dicente
apostolo: et ipsum dedit caput super
omnem ecclesiam. Et rursus vos autem
estis corpus Christi et membra
de membro. Nemo ascendit in
celum nisi Christus in corpore suo quod

est etiam qui in se ipso quando p̄m
tinctibus ap̄lis eminentioribꝫ
minimum membris suis ascen-
dit et exinde i membris suis cot-
tidie ascendit si colligit eos
Hinc est enim quod ipm corpꝰ
eius inter adu'sa p̄ntis seculi
deprehensum ꝯsolat̃ et dicat. Nunc
autem exaltavit caput meum
sup inimicos meos ac si pate-
ter dicat. Qui occisum a iude-
is xp̄m caput videlicet meum
suscitavit a mortuis ac fru-
stratis omnibus meis inimico⁊
insidiis sublevavit ī celum. Spe-
ro me etiam quod de p̄ntibꝫ p̄cul his
crucibus meo capiti iungat in
regno quia nemo ascendit
i celum nisi qui descendit de celo
Cum ipse in celum ascenderet de si-
dit et qui descendit de celo et
est in celo se vero fidei et dilecto-
nis unitate ꝯiungit apte in-
telliges quia nullo alio or-
dine nisi p eum qui descendit
de celo potest ascendere i celum unde
alias ipse dicit Nemo venit
ad patrem nisi p me. Sꝫ i mycho-
demo cuncti dixit catheecumi-
nis ut discat eius membris
renascendo i corpore p quod pos-
sint ascendere in regnum dei. Et
quia ascensio vel ingressus regni
fieri non potest absqꝫ fide et sac-
mentis dñice passionis vere sb-

infert. Et sicut moyses exal-
tavit serpentem in deserto Ita
exaltari oportet filium hominis ut
omnis qui credit i ipm non
pereat sꝫ habeat vitam eternam. Miro
magisterii celestis arte dñs
ingnaros legis mosayce ad
spiritualem legis eiusdem sensum i-
ducit recordatione hystorie vete-
ris et hanc in figuram sue passio-
nis atqꝫ humane salvationis
factam disserens. Narrat quippe
liber numero⁊ quia populus in
heremo p̄lus ipse longo itinere
ac laboris inmurmuravit contra
dominum et moysen ideo dñs in-
miserit in illum ignitos ser-
pentes ad quo⁊ plagas et
mortes plurimo⁊ cum clamare-
rent ad moysen et ille oraret
pro eis iussit eum dñs facere ser-
pentem eneum et ponere p signo
qui percussus inspiciens aspiceret eum
vivere. Itaqꝫ factum est plage
serpentum ignito⁊ venena sunt
et incentiva vicio⁊ que animas
quas tangunt spirituali morte
perimunt. Et bene innumeris ꝯ-
dñm p̄lus serpentum mor-
sibus sternebatur ut ex ordine
flagelli exterioris agnosceret
quantam intus perniciem murmu-
rando pateretur. Exaltatio ser-
pentis enei quem dum percuss

aspiceret sanabat passio est
illi redemptoris in cruce In cuius
solum regnum mortis et peccati seri
tate etiam pserpentem peccati qui
autem simul et corpus ad interitum
trahunt exprimunt non solum quia
igniti et virulenti quia ad pri
mordium sunt astuti viri et per
sperte primi parentes in ad peccan
dum psuasit ac deinde mortalibus
sunt peccando mortales effecti. Recte
pserpente eneum dominus ondit in
qui venit in similitudine carnis
peccati quia sicut eneus serpens
effigie qui de igniti serpenti
bus similem. Sed nullum prorsus
ipsius membris habuit ardore ve
neni nocentis qui potius per
cussos a serpentibus sanat exaltatur
sanabat sic nimirum sic redemp
tor humani generis non carne peccati
in qua maxime morte cuncta
peccando decentes se ab omni pec
cato et ab ipsa etiam morte libe
raret sicut Moyses exaltatus
serpente in deserto Ita oportet
exaltari filium hominis et sicut
illi qui exaltatum pro signo serpe
tem eneum aspiciebant sana
bantur ad tempus a presenti morte
et plaga quam serpentium morsus in
tulerat ita et qui misterium
dominice passionis credendo confitendo

sinceriter imitando aspiciunt sal
uatur in perpetuum ab omni morte
quam peccando in anima pariter et carne
contraxerunt. Unde et recte subiungitur
ut omnis qui credit in ipsum non pereat
sed habeat vitam eternam. Cuius quidem
ubi patet sensus quia credidit in Christum non
solum perditionem euadit penarum
sed et vitam percipiet eternam. Et hoc
inter figuram distat veritatem
quod per illam vitam ~~donat sine vita~~
~~[illegible]~~ prolongabat temporalis per hanc
vitam donatur sine fine mansura
Sed curandum est solerter et quod in
tellectus bene sentit operatio confirmet
prestat quoniam confessio recte fidei
pie et sobrie quiescendo ad perfectionem
promisse nobis vite mereatur at
tingere Verum quod hec de filio di
citur quod exaltatus in cruce et morte
potuit pati ne putaret Nicho
demus filium hominis esse cui a
se[?]ipso vitam esse expectandam perpetuam
currenti et deus etiam dimittet
sic patefacere satagit unum et
eundem filium hominis mundi con
ditorem saluatorem Nam sequitur Sic
enim deus dilexit mundum ut filium
suum unigenitum daret ut omnis
qui credit in eum non pereat sed habeat
vitam eternam. quia profecto idem redemp
tor et conditor mundi filius dei an
secula existens filius hominis factus est
in fine seculorum ut qui per diuinitatem

sue potencia nos tuenerit ad per-
ficiendam vite beatitudinis perhennis/
ipse per singularis humanitatis restau-
ret ad recipiendam quam perdidimus
vitam. Unde nobis satagendum est
fratres karissimi ut diuinis vicem beneficijs
reddentes diligamus toto corde tota
anima tota mente tota virtute deum
patrem qui nos tanto amore prior
dilexit. Ut ipso filio suo non pepercit
sed pro nobis omnibus tradidit illum/
diligamus unicum filium qui cum in forma
dei esset iure libertatis voluntate gratie
formam servi accepit/ factus est
obediens usque ad mortem mor-
tem autem crucis. Et sicut de eo
dixit apostolus Johannes qui dilexit
nos et lavit nos a peccatis nostris in
sanguine suo. Diligamus spiritum sanctum cum
patre et filio spiritum cuius gratia renati
cuius unctione signati sumus in die re-
demptionis qui ubi vult spirat
et ubicumque spirat continuo flam-
mam eius divine dilectionis accen-
dit/ credamus ipsum patrem et filium
et spiritum sanctum unum esse deum et
dominum verum/ ac debitis laudibus
exaltemus nomen eius in unum
Cui est gloria et imperium ... in
omnia secula seculorum amen.

Omelia lectionis eiusdem beati
Q[uum]. Jeronimi presbiteri.
dominus se signis ac virtutibus
dominus et salvator mundi te

sue potencia declaratur. Venit in-
quit ad eum nychodemus prin-
ceps iudeorum tempore noctis et di-
xit ad eum. Scimus quia a deo ve-
nisti doctor. nemo enim faciat
hec signa que tu facis nisi fuerit
deus cum eo. Nychodemus iste
princeps iudeorum desiderabat
quidem ad dominum venire sed iu-
deos timebat offendere et ideo
ad deum venit non in die sed de nocte
quia tenebat adhuc in noctis ig-
norantia et infidelitate iudeorum.
Nec dum enim cordi eius sol
iusticie christus illuxerat quia nec
dum lumine cognoverat veritatis.
Unde illud dicitur in evangelio dictum
est. Qui ambulat per diem non
offendit qui autem ambulat per
noctem offendit quia lumen non
est in eo. Per diem semper ambulat
qui christum sequitur lumine eterno
lucet eum non impedit noctis
ad tenebras quia semper in corde eius
lumen est veritatis. Qui vero
christum lumen verum ignorat etiam
si per diem ambulat semper in nocte est.
Quia ergo nychodemus tenebat
adhuc ignorantiam iudeorum recte
de eo dictum est quod nocte ad dominum
veniret. Quod autem in nocte ig-
norantie fuit nychodemus sicut
sensus ipse declarat. Ait enim ad
dominum. Scimus quia a deo venisti

doctor. Nemo enim potest hec signa
facere nisi fuerit deus cum eo. Unum
de doctoribus putabat qui
auctor doctrine celestis est.
Mirabatur in eo signorum virtutem que
divine maiestatis expressius signum
agnoscere debuit quia tot ac tan-
ta signa virtutum non nisi solus
deus posset operari. Quamvis igitur
tempore noctis Nichodemus
ad dominum veniret tamen quia ad eum
veniat qui lumen verum est sine
gratia luminis non recessit. Dicit
ad eum itaque dominus. Oportet vos
nasci denuo. Hic cordi eius lu-
men nove nativitatis infudit
sed tamen nec dum plene tale nativitatis
graciam Nichodemus potuisset
agnoscere. Respondens ait. Quomodo
fiet istud? Quomodo potest homo cum sit
senex iterum in ventrem matris
sue et nasci denuo? Cui evi-
denter ait. Nisi quis renatus
fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest
introire in regnum dei. Quod
enim natum est ex carne caro
est quia deus spiritus est. In quo
manifeste duas nativitates ec
Nichodemo dominus evidenter ostendit
unam terrenam aliam celestem unam
carnalem aliam spiritualem. Sed multo
potius spiritualem quam carnalem ostendit
dicendo. Quod natum est de car-
ne caro est. Quod autem natum est

de spiritu spiritus est quia deus spiritus
est. Carnalis igitur nativitas ex homine
spiritualis nativitas ex deo est. Illa
ex homine hec ex deo. Illa seculo
hominem parit hec deo generat. Illa
potum terre effudit hec ad celum trans-
mittit. Illa temporalem vitam hec eter-
nam. Postremo illa hominum filios
hec dei filios efficit. Ubi igitur quia
celestis ista nativitas est que de fi-
liis hominum dei filios efficit minus
mirum Nichodemus quia nondum
agnoverat ait ad dominum. Numquid
potest homo cum sit senex iterum
in uterum matris sue et nasci denuo
adhuc carnalis erat Nichodemus
ideo carnaliter loquebatur. Sed dominus
ut carnalem spiritum eius ad intel-
ligendum deduceret. Nisi enim quis
renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto
non intrabit regnum celorum. Ut osten-
deret illi qua necessitate esset omnium
quam renascendum. Hec enim nativitas
spiritualis de senibus infantes
efficit. Quem enim generat per baptismum
renascitur in innocencia deposita
erroris vetustate. Est enim spi-
ritualis uterus ecclesie qui concipit
et parit filios deo. Quam igitur erga
nos filii competentes per graciam dei
renasci habetis in innocenciam depo-
sita omni vetustate peccati nativitatis
virginitatem integram et illibatam servate

debeatis ut vere filii dei dici et esse
possitis et digni hic initium
regni celestis. Nec enim nativitas
dignos efficit regno celesti di-
cente domino ut audivimus dilectissimi
nisi quis renatus fuerit ex aqua
et spiritu sancto non intrabit in regnum celo-
rum. Et addit quod natum e
carne caro est quia ex carne
natum est quod autem natum est
de spiritu spiritus est. Et quid ausi
sunt heretici deum spiritum sanctum dene-
gare cum videant manifeste a filio
dei deum spiritum sanctum declarari. Na-
tivitatis igitur nostre spiritualis non sine
spiritu sancto est et non in inmenso quia
sicut prima figuratio nostra per
trinitatem ita secunda figuratio per
trinitatem. Nullum igitur opus patris
sine filio nec sine spiritu sancto quia
opus patris opus filii et opus
filii opus spiritus sancti est. Una
enim atque eadem gratia trinitatis
est. Salvamur enim nunc per trinitatem
quia non nisi per trinitatem facti ab
initio fueramus. Tam preclu-
ris igitur gloriosis quia festivitates
fratres mei quamvis usque ad vicinam
passionem et dominice resurrectionis sit
dignum et iustum est ut sanctis mori-
bus spirituali cum gaudio celebre-
mus non inhiantes corporalibus
epulis sed insistentes operibus bonis
adhuc sunt fratres mei primordia

copiosa ut ex eis pauperum sa-
tietur inopia. Ipsis deliciis
quibus mensa repletur regni
celestis possessio comparatur. Ec-
ce enim quod in os intrat sicut sal-
vator ait in ventrem vadit
et in secessum emittitur. Nunc
autem quia in eternam pauperibus datur
multiplicatum nobis divina retri-
butione redditur. Istis omnibus
que comeditis fratres vite istius
parvulum sustentatis. Illis autem
cibis que pauperibus datis eter-
ne vite beatitudinem comparatis ubi
sine ulla perturbatione manebit
eterna securitas sine aliquo im-
perio condetur eterna felicitas
per Christum dominum nostrum. Qui cum patre
viv. et reg. in s. s. amen.

Item eodem die sequitur

In illo tempore. Erat homo
ex phariseis nichodemus
nomine princeps iudeorum. Hic
venit ad ihesum et dixit ei Rab-
bi scimus quia a deo venisti
magister etc. Omelia lectionis
eiusdem beati augustini episcopi.

Iste nichodemus ex
his erat qui crediderunt
in nomine ihesu videntes
signa et prodigia que faciebat.
Supra enim hoc dixit. Cum
autem esset ierosolimis in pas-
cha in die festo multi crediderunt
in nomine eius. Quare crediderunt

Segnt̃ Et dixit videntes sign̄
eius que faciebat. Et de ny-
chodemo q̄d dicit. Erat princeps
iudeoꝝ nychodeus noīe venit
ad eū nocte et ait Rabi scimus
q̄r a deo ven̄ m̄ristr̄ ꝯcred-
erit ī noīe eius. Et ipse vnde
credeat sequit̄ Nemo pt̄ hec
signa facere q̄ tu facis nisi fuit
deus cū eo. Si ḡ nychodeus de
illis multis erat qui crediderat
in nomine eius Jam isto nycho-
demo attendꝰ q̄re ihūs nō se
credebat eis. Rndit ihūs et dix̄
ei. Amē amē dico tibi n̄ quis
renatus fuit denuo nō pot vi-
dere regnū dei. Ipsis ḡ se credit
ihūs qui nati fuerint denuo
Ecce illi crediderāt ī eum et ihūs
nō se credebat eis. Tales sunt
oēs cathecumini ipsi iam credit
ī nomine xp̄i s; ihūs nō se credit
illis. Intendat et ītelligat cari-
tas vr̄a. Si dixerimus cathecu-
mino credis ī xp̄m̄ rndet credo
et signat se. Jam crucem xp̄ portat
ī fronte et nō erubescit de
cruce dn̄i sui. Ecce credit in
noīe eius. Interrogeꝰ eū. mā-
ducas carnē filii hoīs nesc̄.
q̄ dicimus q̄r ihūs nō se credi-
dit ei. Cū ḡ ab illo nūo esset
Nychodeus venit ad dn̄m s; nocte

venit et hec forte ad rē ptinet
Ad dn̄m venit et nocte venit
ad lucē venit et ad ī tenebris
venit. Renati autē ex aq̄ et sp̄u
sc̄o q̄ audiūt de ap̄lo. Fuistis
aliq̄n tenebre nūc autē lux ī dn̄o.
sicut filii lucis ambulate. Et
iterū. Nos autē qui diei simus
sobrii simus. Qui ḡ renati st̄
noctis fuit et nunc est. Jam credit
se illis ihūs et nō nocte venit
ad ihm̄ sic nychodꝰ nō ī tenebris
querit diē. Tales enī iam pfi-
tent. Accessit ad illos ihūs fecit
ī illis salutē. q̄r ipse dix̄. Nisi
q̄s manducaūit carnē meā et
biberit sanguinē meū nō hebit
ī se vitā. Et q̄d signū crucis hūt
ī fronte cathecumini iā de domo
magna sunt s; fiant ex servis filii
Nō enī nichil sunt q̄ iam ad
domū magnā ptinet. Quando
autē māducauit mannā p̄ple
isrl̄ tm̄ transiss; mare rubꝫ. Mare
rubꝫ autē q̄ significat ait ap̄ls
Nolo autē vos ignorare fr̄es
q̄m oēs p̄res nr̄i sub nube
fuerunt et oēs p mare transie-
runt. Et quid p mare transierunt
q̄si querentes ab illo scruto ait
et oēs p moysen baptizati
sunt in nube et in mari. Si ḡ
figura maris tm̄ valuit species
baptismi q̄ntū valebit. Si q̄d

gestu est in signu carnet' ij plin
ad mana pduxit q'd exhibebit
xpc in veritate baptismi sui
tincto pen ipso suo pbaptism
sui trinat credetes oms oib'
pctis tanq' hostib' psequetib'
sicut i illo mari omes egypcij
pierut. Und dicit fres mei quo
dicit pbaptismu ihus tanq' sic
tuc gerebat moyses qn p mare
ducebat. Und dicit ad mana
Quid est mana. Ego su mg'st
panis viuus qui de celo descedi
Mana accipi infideles ia dicti
p mare rubru. Quare mare rub'
Jam mare qre ē rubz. Quia signabat
mare illud rubru baptism xpi vn
rubz baptismus xpi n' x sagwie
qsecratus. Und q° pducit credetes
et baptizatos mana. Ecce dico
ad mana notu est q' acceperunt
iudei pplus ille iste notu est
quid illis pluisset deus de celo
et nesciunt catheciumi q' accipi
ant xiani. Erubescat q' nescia
unt. Tu sicut p mare rubru in
ducet mana vt quo credideruit
in nomine ihu sic se credit ipis
ihus. Jdeo itendite fres mei q'
credit iste qui venit nocte ad
ihm. Quarus ad ihm venit
tn q' nocte venit adhuc tenebris
carnis sue loquit. No itellig'
quid aud' aliud q' illuminat oez
hominem venientem in hoc mudu
Jam enim dns dixit nisi quis
natus fuit denuo no pt vidr
regnu dei. dicit ad eu nycho
demus. Quo pt ho nasci cu
sit senex xpc ei loquit' i ille
carne sapit carne sua sapit
q' carne xpi nō du sapit
Cum enim dixisset dns ihus
nisi quis manducauerit carne
mea i biberit sanguine meu
nō habebit in se vitā. Scandali
zati sut quida qui cum sequ
ba' i dixerut apud semetipos
durus est hic sermo q's pot
eu audire. putabat eni hoc
dice ihm q' eum posset cosci
sicut agnu coque ē i manduca
ab horretes a[u]bis eius recesserut
serut i amplius eu secuti no
sut. Sicut eua[n]g[e]l[ist]a loquit' et
dns ipe remasit cu xij. Et
illi dixerunt ad eum. Ducet
te illi dimiserut te. Et ille
Nunq' i vos vultis ire ondere
illis volens q' ipe illis erat
necessarius nō illi xpo erat
necessary. Ne quis terreat xpm
qui d' ei. ut sit xianus qua
beatior erit xpus. Si tu fuis
xianus. Bonu ē tibi nt sis
xianus. Na si fuis malu xpo
no erit. Audi voce ps'. Dixi
dno deus meus es tu qm bonor

incorru[m] non eges. Si fi[li]us sine
deo minor eris. Si non fi[li]us cum
deo minor non erit. Deus non
ex te maior ille sed tu sine i[ps]o
minor. Cresce ergo in illo no[n]
ite subtrahe ut quasi ille de-
ficiat deficieris si accesseris
deficies si recesseris. Integer
manet te accedente integer
manet te cadente. Cum ergo
dixisset discipulis numquid vos
vultis ire. Respondit petrus illi
voce omnium. Domine ad quem ibimus
verbo vite eterne habes. Bene sapi-
unt magis sp[iritu]s quam caro.
Quos ante proposuit eis et
dixit. Spiritus autem est qui vivi-
ficat caro autem non prodest quic-
quam. Cum dixisset nisi quis
manducaverit car[nem] me[am] et bi[berit] san[guinem]
me[um] non habebit in se vitam
ne carnaliter intelligerent. Sp[iritu]s
est inquit qui vivificat caro
autem nichil prodest verba que
locutus sum vobis sp[iritu]s et vita
sunt hunc spiritum et hanc vitam non
percipiebat iste nychodemus qui
nocte venerat ad ihesum. Ait
enim ei ihesus. Nisi quis natus
fuerit denuo non videbit reg-
num dei. Et ille carnem suam
sapiens in cuius ore non du[m] sa-
piebat caro xpi quomodo inquit
potest nasci cum sit senex
nunquam potest iterum in ventrem matris

sue iterum intrare et nasci. Non nove-
rat iste nisi unam nativitatem quod ex ada
et eva. Quod ex deo et ecclesia non dum
noverat. Non noverat eos nisi parentes
qui genuerant ad mortem non dum
noverat eos parentes qui genue-
rant ad vitam. Iste non noverat nisi eos
parentes qui genuerant successores
non dum noverat eos qui semper
viventes generant permansuros. Cum
ergo sint due nativitates ille
unam intelligebat una est terrena
alia de spiritu una est de morte
alia de eternitate una est de masculo
et femina alia de deo et ecclesia. Sed
ipse due singule sunt nec illa potest
repeti nec ista. Recte intellexit
nychodemus sed de nativitate car-
nis. Sed tu intellige nativitatem
spiritus quo intellexit nychodemus
nativitatem carnis. Quid intel-
lexit nychodemus. Numquid potest homo
denuo in ventrem matris sue intrare
et nasci. Sic quoque dixit tibi
ut spiritualiter iterum nascaris. Unde
quod dixit nychodemus. Numquid potest
homo iterum in ventrem matris sue introire et nasci.
Iam natus sum de adam non
me potest iterum generare adam. Iam
natus sum de xpo non me potest
iterum generare xpus. Quod uterus
non potest repeti sic nec baptismus.
Qui nascitur de ecclesia katho[lica]
tanquam de sara nascitur de libera
nascitur. Qui nascitur de heresi

tamquam de ancilla nascitur. secundum conse-
nie abraham dum tanti viri aucto-
ritatis quam magnum sacramentum testatur
deus et dicit. Ego sum deus abra-
ham et deus ysaac et deus iacob
No erat alius patriarcha secundo autem
iste sanctus noe qui solus in toto genere
humano cum tota domo sua me-
ruit de diluuio liberari. In quo et
in filiis eius figurata est ecclesia cum
ligno portante euadunt diluuium
deinde postea magnos quos nomi-
namus quos sancta scriptura commendat
Moyses fideles in domo sua tota
Et illi tres nominantur quia eum soli
promeruerunt. Ego sum deus a-
braham. Et deus ysaac Et deus
Jacob. hoc michi nomen est in eter-
num. Sacramentum grande potens est
dominus et ora nostra aperire et corda
nostra ut dicere possimus sicut re-
uelare dignatus est et capere pos-
situs sicut expedit nobis. Tres
isti patriarche abraham ysaac
et iacob. Iam nostis filios ia-
cob quia xii fuerunt. Et inde
populus israel quia ipse Jacob israel
Et populus israel tribus xii pertinen-
tes ad xii filios israel. abraham
ysaac et iacob in populus. Tres
patres in populus. Tres patres tamquam
in principio populi. Tres patres in quibus
figurabatur populus. Et populus ipse
prior populus. In populo enim
iudeorum figuratus est populus

christianorum. Ibi figura hic veritas
ibi umbra hic corpus dicente
apostolo hec autem in figura contige-
bant illis. Vox est apostoli. Scripta
sunt inquit propter nos in quos fi-
nis seculi obuenit. Recurrat nunc
animus vester ad abraham
et ysaac et iacob. In istis tri-
bus inuenimus parte liberas parte
ancillas. Inuenimus ibi partus
liberarum et partus ancillarum. Anc-
illa nichil boni significat. Eice in-
quit ancillam et filium eius. Non
enim heres erit filius ancille
cum filio libere. Apostolus hoc comme-
morat et in illis duobus filiis
abrahe dicit apostolus figuram fu-
isse duorum testamentorum veteris
et noui. Ad vetus testamentum
pertinet dilectores temporalium dilecto-
res seculi. Ad nouum testamentum
dilectores vite eterne. Ideo illa
urbs in terra umbra erat. Ce-
lestis urbis matris omnium nostrum
que est in celo. Et hec apostoli ver-
ba sunt. Et de ista ciuitate nunc
peregrinam multa nostis et
multa audistis. Inuenimus autem
rem miram in istis patribus
id est in istis fratribus in istis gen-
tibus liberarum et ancillarum
quatuor scilicet tria bonorum in quibus
minorum in quibus complectitur figura
totius scilicet populi christianorum et

no sit mirum quod in illis tribus dom
est. Ego sum deus abraham
et deus ysaac et deus Jacob
in omnibus enim christianis fratres in-
tendite aut per malos nascuntur
boni aut per bonos nascuntur
mali. Amplius istis modis quo-
que non potestis invenire. Iterum
repeto adtendite retinete con-
tinete corda vestra nolite per
esse capite ne capiamini. Quo
modo quia sunt homines christiani
aut per bonos nascuntur boni aut
per malos nascuntur mali / aut per bo-
nos mali / aut per per malos boni
unde quia planum est per bonos
boni. Si qui et baptizant boni
sunt et qui baptizantur recte tendunt
et in membris christi recte numerantur
per malos mali sunt et qui baptizat
mali sunt et qui baptizantur dupli-
corde accedunt ad deum et
non tenent eos mores quos au-
diunt in ecclesia ut non ibi sint
palee sed frumentum. Quia enim
multi sunt nomine tantum mali
per malos boni aliud baptizat
adulter et qui baptizatur iusti-
ficatur / per bonos mali alii qui
baptizantur ficti sunt. Qui bap-
tizant tenent vias dei nobiscum
puto fratres notum esse in ecclesia et
cottidianis exemplis manifestam
atque dictum. Sed in temporibus in
nobis tu christianus ad quem hunc

venit ille ista modo qui per bonos
boni Ananias Pauli baptizator
Per malos mali dicit apostolus quosdam
predicatores christum quos dicit non
caste sed per occasionem annuntiare christum quos
tolerat in societate christiana dicit
Quid enim dum omnino sive occa-
sione sive veritate christus annuntietur
et in hoc gaudeo. Nunquid malivo-
lus erat et de alieno malo gau-
debat. Sed quia et per malos veri-
tas predicabat et per malos omnes christus
predicabatur sed quos isti sui similes
baptizant quales annonis deus
cum dicit. Que ne dicunt facite
que autem faciunt facere nolite
mali bonos baptizabant boni
malos baptizabant. Quomodo a
philippo sancto baptizatus est sy-
mon magus. Nota sunt ergo ista
modo quia fratres mei. Atte[n]tum
ea repeto tenete illa nunc te-
nete illa adtendite illa cavete que
mala sunt / tenete que bona sunt
per bonos boni nascuntur / cum
per eos sancti baptizant iniqui
et impie vivunt per malos
boni tamen mali sunt qui bapti-
zant et boni qui baptizantur per bo-
nos mali tamen boni sunt qui
baptizant et mali qui bapti-
zantur. Quomodo invenimus ista
in istis tribus nominibus. Ego
sum deus abraham ego

deus ysaac et deus Jacob. In=
ancillas accipiamus in malis, libe=
ras accipiamus in bonis. pariunt
libere bonos. Sara peperit ysaac,
pariunt ancille malos. agar pe=
perit ysmahelem. Habemus in uno
abraham et illud genus cum per bonos
boni et illud genus tamen per malos
mali figurati sunt. per bonos ma=
li ubi figurate sunt libere. libera erat
rebecca uxor ysaac. legite pe=
perit geminos unus erat bonus
alter malus. Hec aperte scriptura
dictorum dei voce. Jacob dilexi
Esau autem odio habui. Istos du=
os genuit Rebecca Jacob et Esau
unus inde legitur alter reprobatur
unus succedit in hereditate alter ex=
heredatur. Non facit deus populum suum
de Esau sed facit de Jacob semen
unum diversi qui concepti sunt utero
unus diversi qui nati sunt. Numquid
non libera peperit Jacob que libera
peperit esau. luctabantur in utero
matris sue. et dictum est Rebecce
cum ibi luctarentur duo populi sunt
in utero tuo duo homines duo
populi. Bonus populus et malus populus
sed tamen in uno ventre luctantur. Quot
mali sunt in ecclesia et utero unus
portat donec in fine distinguantur
et boni adversus malos clamant
et mali adversus bonos reclamant
et in unius visceribus utrique luc=

tantur. Usque semper sic erunt. In=
quirunt ad lucem declaratur nati=
tas quod hic in sacramento figurabatur
Tunc apparebit Jacob dilexi Esau
autem odio habui. Jam vero quod inve=
nimus fratres ut de bonis bonos
de libera Isaac et de malis malos
de ancilla ysmahel. de bonis
malos Esau de Rebecca de
malis bonos ubi invenimus. Respice
Jacob ut bonus patriarchis ins=
genuit istorum processu concurrat
habuit uxores Jacob habuit liberas
habuit ancillas pariunt libere
pariunt et ancille et fiunt xii fi=
lii. Si numeres omnes de quibus
nati sunt non omnes de liberis
non omnes de ancillis sed tamen omnes
de uno semine. Quid ergo fratres
mei numquid qui nati sunt de ancillis
non sic possiderunt terram promissio=
nis cum fratribus suis. Invenimus il=
los filios Jacob natos de ancil=
lis et bonos filios Jacob na=
tos de liberis nichil illis ob=
fuit natalis conditionis ancillarum
qui in patre cognoverunt semen suum
et ideo regnum cum fratribus tenu=
erunt. Quomodo ergo in filiis Jacob
non obfuit illis qui nati sunt
de ancillis quominus tenerent
regnum et terram promissionis cum
fratribus ex quo acciperent nichil
obfuit natales ancillarum si va=
luit semen patrum. Sic quo

p malos baptizat tamq de an-
cillis videtur nati sz tamen qr
nati sunt ex semine ubi dei qd
figuratu in Jacob non eciã este sit
hereditate cu filiis possidebit
Secundus qui sit qui de semine
bono nascitur tam non imitet
ancilla si de ancilla nascitur
ancilla mala superbiente non
imiteris Unde cum filij iacob de
ancillis nati possiderunt terram
promissionis cum fratribus ysma-
hel autem de ancilla nati ex-
pulsus est ab hereditate Unde
quia ille superbus erat illi hu-
les. Crexit ille autem et vo-
luit seducere fratrem suum ludens
cum illo magnum ibi sacramentum
ludebat simul ysmahel et ysa-
ac. Vidit illos Sara ludentes
et ait abrahe. Eice ancillam
et filium eius non enim heres erit
filius ancille cum filio meo
ysaac. Et cum contristatus esset
abraham confirmavit ei deus dic-
tum uxoris eius. Iam hic mani-
festum est futurum quia nescio
quid futurum erat innuebat illa
res gesta ludentes vidit et dicit
Eice ancillam et filium eius Sed
hoc est frẽs quid enim mali fe-
cerat ysmahel puero ysaac qr
ludebat cum illo. Sed illa lusio
illusio erat illa lusio deceptorum

sig significabat. Ita magnum sacramentum
attendat caritas vestra persecutionem
illam vocat apostolus ipsam lusionem
primi lusum persecutionem vocat ait u
Sed sicut tunc ille qui secundum
carnem natus erat persequebatur eum
qui secundum spiritum ita et nunc qui secundum
carnem nati sunt persequuntur eos qui
secundum spiritum nati sunt. Qui sunt secundum
carnem nati dilectores mundi ama-
tores seculi. Qui sunt secundum spiritum nati
amatores regni celorum dilectores
christi desideratores vite eterne gratis
colentes deum ludunt et dicit apostolus
persecutionem Nam postea quod dixit
hec verba apostolus. Sed sicut tunc
ille qui secundum carnem natus erat
persequebatur eum qui secundum spiritum ita
et nunc secutus est et ondit de qua
persecutione dicit. Sed quid dicit
scriptura Eice ancillam et filium
eius. Non enim heres erit filius ancille
cum filio meo ysaac. Quesivimus
ubi hoc dicat scriptura ut vi-
deremus utrum aliqua persecutio
precesserit ysmahel in ysaac et
invenimus hoc dictum esse a sa-
ra qui vidit pueros ludentes
simul quod lusionem scriptura dicit vi-
disse saram hanc persecutionem
dicit apostolus plus quoque nos per-
sequuntur qui nos illudendo sedu-
cunt veni veni baptizare hic hic heres

vm baptismu. Noli ludere vnus
est verus ille. Ipsius est seductis
et ista qui persecutio tibi erit. Me-
lius tibi erit ut ysmahele ti-
luceris ad regnum. Sz non vult
ysmahel sz ludere vult tenere tu
hereditate patris tu audi. Eice an-
cillam et filium eius non enim erit
heres filius ancille cum filio me-
o ysaac. Ipsi etiam audent dicere quod
persecutionem solet pati a catholi-
cis regibus et a catholicis prin-
cipibus quod persecutorum tollerant
afflictionem cordis si tamen alii
passi sunt aut quo passi sunt
ipsi faciunt redeunt contra suas tamen
afflictionem corporis passi sunt perse-
cutorum sicut grauior est. Eice
qui vult ludere ysmahel cum ysa-
ac. Cum tibi blanditur qui offert
alium baptismum rude. Iam hoc
baptismum. Si enim verus est iste bap-
tismus qui tibi vult dare al-
terum illudere te vult. Eice autem
persecutorem. Nam si a catholicis
principibus aliud passa est per dona
alii secundum corpus passa est non
secundum illusionem spiritus. Audite et
videte in rebus veteribus signa
omnia futurorum vera signa et iudicia
inueniuntur. Sara agar afflixit
ipse ancilla. Sara libera est prius
quod superbie cepit ancilla contra eam.

he Sara et dixit. Eice an-
cillam erexit aduersum me
ceruicem suam. Et quidem ab abraha
fiet. Et abraha contra est inf.
Abraha vero qui non in carnali
libidine abutendi tenebat sed
officio generandi quam Sara ei de-
derat. Unde plenam suscipit au-
ci. Ecce ancilla tua. Utere ea
sicut vis. Et afflixit eam grauiter
Sara. Fugit a facie eius. Ecce
libera afflixit ancillam et nudi-
lam vocat persecutorem apostolus
ludit fratres cum duo persecutione
vocat. Afflictio ista non vo tu
persecutio. Quid vos videtur
fratres. Nonne intelligitis quod persecu-
tum sit. Sic ergo deus qui vult
concitare potestates aduersus here-
ticos aduersus scismaticos
aduersus dissipatores ecclesie aduer-
sus exsufflatores Christi aduersus
blasphematores baptismi non
mireris quod deus concitat ut a
Sara verberetur agar. Cognoscat
se agar ponat ceruicem quia cum
humiliata discederet a domina sua
occurrit ei angelus et dixit ei
Quid est agar ancilla Sare
Nunc cum questa esset de domina
sua quod audiuit ab angelo. Re-
uertere ad dominam tuam. Ad hoc
ergo affligit ut reuertatur atque ut

revitabitur quia plebs eius sic
filii iacob cum fratribus hereditatem
tenebit. Mirabitur autem quia
contendit potestates christiane adver-
sus detestandos dissipatores
ecclesie non quo moventur. Et quo-
modo reddent racionem de imperio suo
deo. Intendat caritas vestra quod
dictum est quid pertinet hoc ad re-
ges scilicet christianos ut temporibus
suis pacatam velint matrem
suam ecclesiam. Unde spiritualiter nati
sunt. Legimus danielis in prophetis
regestam propheticam. Tres pueri
in igne laudaverunt deum. Mira-
tus est nabuchodonosor rex
laudantes deum pueros ita eos
ignem non nocentem. Et cum mi-
ratus esset quod ait nabuchodonosor rex
non ille iudeus vel circumcisus ille
qui statuam suam erexerat et adora-
re adorandam omnes cogerat et laudi-
bus trium puerorum commotus
est dicit ubi vidit maiestatem
dei presentis in igne quod ait. Et
ego propono decretum omnibus tribubus
et linguis in toto terra. Annale decretum
quicumque dixerint blasphemiam
in deum sydrach misach et abde-
nago in interitum erunt et domus
eorum in direptionem. Ecce quomodo saevit
rex alienigena ne blasphemetur
deus iste qui potuit tres pue-
ros de igne liberare et noluit
ut saeviant christiani reges quod christus
exsufflatur a quo non tres pueri
sed orbis terrarum cum ipsis regibus a ge-
henne igne liberatus. Nam illi
tres pueri fratres mei liberati sunt
ab igne temporali. Numquid non ipse deus
est machabeorum qui non puerorum.
Illos ab igne liberavit illi in tormen-
tis igneis corpore defecerunt sed
in legittimis mandatis animo per-
manserunt. Illi aperte liberati sunt
illi occulte coronati sunt. Plus est
liberari de flamma gehennarum quam
de fornace potestatis humane. Sed
quia nabuchodonosor laudavit et predi-
cavit et gloriam dedit deo quia libera-
vit de igne tres pueros et tantam
gloriam dedit ut decretum mitteret
per regnum suum quicumque dixerint
blasphemiam in deum sydrach
misach et abdenago in interitum
erunt et domus eorum in direptionem
quo isti reges non moveantur qui
non tres pueros attendunt liberatos
de flamma sed seipsos liberatos de
gehenna qui vident christum a quo
liberati sunt exsufflari in christia-
nis qui audiunt dici christiano dic
non te esse christianum. Talia facere
volunt et saltem talia pati nolunt.
Nam videte qualia faciunt et qualia
patiuntur. Occidunt animas affli-
guntur in corpore sempiternas mortes

faciunt et temporales ypocrite cogunt
et tamen quasi patiuntur. presentant
nobis nescio quos in persecutione
suos martires. Ecce marcellus
de petra precipitatus est. Et ecce do-
natus bagaiensis in puteum mis-
sus est. Numquid potestates romane ta-
lia supplicia decreuerunt ut pre-
cipitarent homines. Quid autem ui-
dent nunc quia ipsi se precipitaue-
runt potestates infamauerunt. Recor-
demur consuetudinem potestatum
romanorum ut uideamus cui ce-
dendum sit. Dicunt nunc illos se
precipitasse. Si non sunt ipsi discipuli
ipsorum qui se modo de saxis nullo
persequente precipitant non credamus.
Quid mirum si fecerunt illi quod
isti solent. Numquam potestates romane
romane numquam talibus suppliciis
usi sunt. Non enim poterant occi-
dere aperte sed illi qui se mortuos
coli uoluerunt famosiorem mortem
non inuenerunt. Postremo quod illud
non nouimus. Et si passa est aliqua pars
donati corporalem afflictionem a
catholicis etiam a Sarra passa est
Agar. Redi ad dominam tuam. Sed
et quod natum est ex carne caro
est et quod natum est ex spiritu spiritus
est. Regeneratio spiritualis una est
sicut generatio carnalis una est. Et
quod nichodemus ait ad dominum cum
dixit quomodo potest homo cum sit senex

redire in uentrem matris
sue et nasci. Ille quidem dixit
quia homo cum sit senex hic
non potest quasi et si infans esset
possit omnino enim non potest siue re-
cens ab utero siue annosa in
etate redire rursus in matris
uiscera et nasci. Sed sicut ad na-
tiuitatem carnalem ualent mu-
lieris uiscera ad semel pariendum
sic ad natiuitatem spiritualem ua-
lent uiscera ecclesie ut semel quis
baptizetur. propterea ne quis forte
dicat sed iste in heresi natus est
et iste in scismate natus est am-
putata sunt omnia si meministis
que uobis disputata sunt
de tribus patribus nostris quorum
deus dici uoluit non quia solus
erat sed quia in solis impleta
integritas figure prophetice. Inue-
nimus enim natum de ancilla
exheredatum natum de libera he-
redem. Rursus inuenimus natum
de libera exheredatum natum
de ancilla heredem. Natus
de ancilla exheredatus ysma-
hel natus de libera heres ysaac.
Natus de libera exheredatus
esau nati de ancilla heredes
filii Jacob. In illis itaque tri-
bus patribus omnis figure prophetice
figura perfecta est. Nec in nu-
deus in quibus Ego sum deus abra

et deus ysaac et deus Jacob
hoc mihi est nomen in eternum
Magis inveniemus quod pro-
missum sit ipsi abrahe hoc enim
promissum est ysaac hoc promissum
est Jacob Quod inveniunt in
semine tuo benedicentur omnes
gentes Credidit tunc dominus
quod non dum videbat videntes
homines et exercitatur completum
est in gentibus quod promissum
est vini et separant agmine ge-
cium qui eciam impletum est videre
nolunt Sed quid prodest ill-
quia videre nolunt vident ve-
lint nolint aperta est veritas et
claudos oculos fecit. Iussum est
nychodemo quia ex eis erat qui
crediderat in ihesum ipse ihesus
non se credebat eum iam nondum il-
lum credidissent sicut habes su-
pra. Multi crediderunt in nomine
eius videntes signa que facie-
bat ipse autem ihesus non credebat
se ipsum illis. Non enim opus ha-
bebat ut quisque testimonium perhiberet
de homine ipse autem sciebat quod
esset in homine Ecce iam illi crede-
bant in ihesum ipse ihesus non se
credebat eis Quare quia nondum
erant renati ex aqua et spiritu sancto
Omnes hortati sumus et hortamur fratres
nostros cathecuminos. Si enim inter-
roges eos iam crediderunt in ihesum

sed quia nondum carnem eius et sang-
winem acceperunt nondum se illis cre-
dit ihesus. Quid faciat ut se illis
credat ihesus. Renascatur ex aqua et
spiritu perficiat eciam quod parturit
Conceptum sunt educatur in lucem habet
ubera quibus nutriatur. Non ti-
meat ne nati suffocetur ab
uberibus matris non recedat
Nullus pro homo redire in membris
visceram et iterum nasci Sed de ancil-
la nescio quis natus est. Nunquid illi
qui nati sunt de ancillis redie-
runt in uterum liberarum ut denuo
nascerentur Semen abraham in
ysmahel ut possit abraham
filium facere de ancilla uxor ma-
trix fuit quatenus est ex semine
viri et non utero sed solo patrocinio
uxoris Nunquid quia de ancilla
ideo exheredatus Si propterea ex-
heredatus quia de ancilla natus
est nulli ancillarum filii admit-
terentur ad hereditatem filii iacob
admissi sunt ad hereditatem ys-
mael autem non quia ex ancilla
natus ideo exheredatus Sed quia
superbus non sibi bonus in filium ma-
tris Mater enim eius magis sara
quam agar illius uterus acco-
modatus illius voluntas
accessit. Ipso facere abraham
quod sara vellet. Magis quam ic
filius sare sed quia superbus in fratrem

et superbus ludendo cum ea de lude-
do quid ait Sara. Eice ancillam
et filium eius. Non enim heres erit filius
ancille cum filio meo ysaac. Non
ergo illum vis tecum ancille eice-
runt foras sed cum sit servilis et
si liber superbus sit servus est
et quod peius est male domi-
nus superbie. Itaque fratres mei
videte bonum non posse rursus
nasci hominem. Videte servum
non posse rursus nasci hominem
Quomodo spiritum sit illusio et quomodo
iterum sit lusus est ysmahel ludit
foras mittatur. Animadvertit eos
Sara ludentes ait scriptura. Et
dixit abrahe eice ancillam et
filium eius. Displicuit Sare lu-
sus puerorum. Aliquid novum vidit
pueros ludere. Nonne optat que
filios habet videre ludentes filios
suos. vidit illa et improbavit nes-
cio quid vidit in lusu. Illusionem
vidit in illo lusu animadvertit
servi superbiam displicuit illi
eiecit foras. Nati ergo de ancilla
in hereditate non admittuntur. Jacob
et natus de libera mitti foras
Esau. Nemo ergo presumat quia
de bonis nascitur. Nemo presumat
quia per bonos baptizatur. Adhuc
timeat ne non sit Jacob sed Esau
hoc ergo fratres diximus aclimus eius
ab hominibus sua incenalibus et

mandum diligentibus quod sit
nomine ancille baptizari cum
que ad hereditatem Christi ut sit tamquam
filius Jacob de ancilla quia
baptizari per eos contingit. Sed si
Esau foras mittendus cum sis
natus ex libera. Sed fratres tenete
Non nos palpemus in illa fratres
vestra in nobis sit ut nos blandi-
uncte nos unusquisque fraterna sup-
portet. Unum est dicere. Et nihil
indicemus. Unum est audire tam
de audire ne corrigatur quod de nunc
unoquoque corrigit lucrum incurrit
non detrimentum. Dixit itaque dominus
Nychodemo et exponit ei Amen
amen dico tibi nisi quis rena-
tus fuerit ex aqua et spiritu non
potest intrare in regnum dei. Circa ipsam
carnalem generationem intelligens
tamen dicens. Numquid potest homo redire
in ventrem matris sue ex aqua et
spiritu oportet ut nascatur propter regnum
dei. Quia propter hereditatem patris hominis
temporalem nascitur nascatur ex
visceribus matris carnalis. Sed
propter hereditatem patris dei sempi-
ternam nascatur ex visceribus ecclesie
Generat per uxorem filium pater mori-
turus successurum. Generat deus
de ecclesia filios non successuros
sed secum mansuros. Et sequitur. Quod
natum est ex carne caro est
et quod natum est de spiritu spiritus est

Spiritus quo nascimur et in spiritu
nascimur uerbo et sacramento ad
est spiritus ut nascamur Spiritus
inuisibiliter ad est uim nascamur
quia et tu inuisibiliter Sequitur
enim ei dicat Non mireris quia
dixi tibi oportet nos nasci denuo
Spiritus ubi uult spirat et uocem
eius audis et nescis unde ue
niat et quo uadat Nemo uidet
spiritum et quid audimus uocem spiritus
Sonat psalmus uox est spiritus sonat
euangelium uox est spiritus Sonat ser
mo diuinus uox est spiritus uocem
eius audis et nescis unde ueni
at aut quo uadat sed si nasceris
et tu de spiritu hoc eris ut ille
Qui autem non est natus ad
huc de spiritu non scit de te unde ue
nias et quo uadas hoc enim secutus
est Sic est omnis qui natus
est ex spiritu Respondit nychodemus
et dixit ei Quomodo possunt hec fieri
Et reuera carnaliter intellexit
in illo fiebat quod dixerat dominus
uocem spiritus audiebat et nescie
bat unde ueniat et quo ibat
Respondit ihesus et dixit ei Tu es
magister in israel et hoc ignoras
Quid fratres quod putamus hunc magistrum
iudeorum quasi insultare uoluisse
iste nouerat dominus quid age
bat uolebat illum nasci ex spiritu
nemo ex spiritu nascitur nisi humi
lis fuit quia ipsa humilitas

facit nos nasci de spiritu quia ipse
est dominus obtritus corde Ille ma
gisterio inflatus erat et alicuius
momenti sibi uidebatur esse quia
doctor erat iudeorum deposuit eius
superbiam ut posset nasci de spiritu
insultat tamquam indocto non quia
superior uult uideri dominus Quid
magnus deus ad hominem ueritas
ad mendacium maior xpistus quam
nychodemus dici debet dici potest
cogitandum est Si dicetur maior
xpistus quam angeli recte dicitur In
comparabiliter enim maior creator
quam creatura est omnibus creatura Sed
exagitat superbiam hominis tu es
magister in israel et hoc ignoras tam
quam diceret nichil nosti princeps super
bie Nascere ex spiritu Si non natus
fueris ex spiritu uias dei tenebis
et humilitatem xpisti sequaris Sic
enim altus est super omnes angelos
quia cum in forma dei esset
non rapinam arbitratus est esse equa
lem deo sed semetipsum exinani
uit formam serui accipiens in
similitudinem hominum factus est et
habitu inuentus ut homo humi
liauit semetipsum factus obediens
usque ad mortem autem mortis Ne
mus tibi aliquid placeat mortem
autem crucis pendebat et insulta
bat ei de cruce de se te de pote
rat sed differebat ut de sepulcro

resurget ptulit supbos senas
Dns mediatis egrotas Si h
ille qui d illi quos optz nasci
ex spu Si hoc ille verus mgr
i celo nō homin tantu s; tange
lorum Si em docti sunt ubo di
docti sut qnte unde docti st
et inuenietis supn̄ti erat uerbu
et verbum erat apud deum et deus
erat verbum tollitur homi carp
s; aspera et dura ut sit leuis
carp ad portandu iugu xpi
de quo dicit Iugu enim meu
suaue est et sarcina mea le
uis est Et sequit Si terrena di
xi uobis et nō creditis quo
si dixeo uobis celestia creditis
Que terrena dixit fres nisi
quis natus fuit denuo h terre
nu est Spus ubi vult spirat
et vo e au et ne ui ve et quo
va terreni e Si n de isto vete
diceret sicut nō multi intellexe
rut cu quererent ab eis quid
terreni dixit dns tu ait Si ter
na dixi uobis et nō credit quo
si dixeo uobis celestia credet
Cu ergo quit aquibusda quid
terrenu dixit dns Augustinus
passu dixit Quod spt ubi
vult spirat et vo e au et ne
ui ve et quo erit de ncto isto
dixit Quid eni nouit terrenu
loquebat de generatore spirituali sc

carnis erit sic est omis qui
natus est ex spu Denique
fres quis nostrum nō videat
ubi gra austrs eunde auc
ridie ad aquilone vel aliu
ventu venietem ab oriente
ad occidente Quo ergo nescimus
hu veniat et quo erit Quid
ergo dixi terrenu qd nō credebat
homines An id utiq qd de suscit
ando templo dixerat Corp
enim suu de terra acceperat et ipsa
terram de terreno corpore susceptam
parabat suscitare nō ei creditum
est de ea suscitatius Si terrestria
inqt dixi uobis et nō creditis
quo si dixeo uobis celestia
credetis quia templu possum re
suscitare deiectu a uobis quid
credetis qz possum per homines
regnum Et sequit Et neo
ascendit i celum nisi qui de celo
descendit filius homis qui e
i celo Ecce hic erat et in celo
erat hic erat tamen i celo erat
diuinitate pmo ubiq diuinita
natus de nue nō o ce des a pu
Due natiuitates itelligu una
diuina altera humana Una per
efficimur altera per resurrexim
Ambe mirabiles Illa sine matre
ista sine patre Sz quia de adam
corpus acceperat qz maria

Deadam

ad eam ipsum quod corpus suscitatum erat. Tenebat quiddam
dixerat solvite templum et tribus
diebus suscitabo illud celeste
ante quiddam dixit nisi quis re
natus fuerit ex aqua et spiritu non
videbit regnum dei. Ecce factus
deus voluit esse filius hominis
homines voluit esse filios dei ipse
descendit propter nos. nos ascen
damus propter ipsum. Solus enim des
cendit et ascendit. qui hoc ait
Nemo ascendit in celum nisi
qui descendit de celo. Non ergo
ascensuri sunt in celum quos facit
filios dei ascensuri sunt plane
hec nobis promissione erunt equa
les angelis dei. Quomodo nemo
ascendit nisi qui descendit quia
unus descendit unus ascendit
Quid de ceteris intelligendum
nisi quia membra erunt eius ut
unus ascendat propterea sequitur
Nemo ascendit in celum nisi qui
descendit de celo descendit filius
hominis qui est in celo. Miraris
quia hic erat et in celo Tales fecit
discipulos suos paulum apostolum
audi dicentem nostra autem conversatio
in celo est. Si homo paulus
apostolus ambulabat in carne
in terra et conversabatur in celo deus
celi et terre non poterat esse in celo
et in terra. Si ergo nemo nisi ille
descendit que spes est ceteris

quia ille propterea descendit ut in
illo et cum illo unus esset qui
per illum ascensuri essent. Non dicit
et seminibus ait apostolus tamquam in
multis sed tamquam in uno et semini
tuo quod est christus. Et fidelibus ait
vos autem christi. Si autem christi ergo se
men abrahe estis. Quod dixit
unum dixit nos omnes esse. Ideo
in psalmis aliquando plures cantant ut osten
datur quod de pluribus fit unus aliquando
unus cantat ut ostendatur quid
fiat de pluribus propterea unus sa
nabatur in illa piscina et quisquis
alius descendebat non sanabatur
Ergo iste unus commendat unitatem
ecclesie. Ve illis qui oderunt unitatem
et partes sibi faciunt in hominibus
audiant illum qui volebat eos
facere unum in uno ad unum audiant
illum dicentem. Nolite vos facere
multos. Ego plantavi apollo
rigavit deus autem incrementum
dedit. Neque qui plantat est aliquid
neque qui rigat sed qui incremen
tum dat deus. Illi dicebant ego sum
pauli ego sum apollo ego cephe
et ille divisus est christus in uno
estote unum estote unus estote
Nemo ascendit in celum nisi qui
descendit de celo. Ecce nolumus
esse tui dicebant paulo. Et ille
nolo sitis pauli sed eius estote

cuius estis nobiscum panibus descē
dit enim et mortuus est et ipsa
morte liberavit a morte. Morte
occisus mortem occidit. Et nostis
fratres quia mors ista per diaboli invi
diam intravit in mundum. Deus
mortem non fecit scriptura loquitur
nec letatur in perdicione vivorum
Creavit enim deus ut essent omnia
Sed quid ibi ait Invidia autem dya
boli mors intravit in orbem terra
rum. Ad mortem a dyabolo propina
tam non veniret homo vi ad
actus. Non enim cogendi potenciam
dyabolus habebat sed persuadendi
astuciam. Si non consentires nichil
invenerit dyabolus consensio tua
o homo te perduxit ad mortem
a mortali mortales nati ex im
mortalibus mortales facti. Ab adam
omnes homines mortales. Ihesus autem
filius dei verbum dei per quod facta sunt
omnia unicus equalis patri mor
talis factus est quia verbum caro
factum est et habitavit in nobis
Ergo mortem suscepit et mortem
suspendit in cruce et de ipsa mor
te liberavit mortales quod in figura
factum est apud antiquos commemo
ravit illud dominus. Et sicut moy
ses exaltavit serpentem
in deserto. Ita exaltari oportet fi
lium hominis ut omnis qui credit in eum non pe

reat sed habeat vitam eternam. Mag
num sacramentum et qui legerunt
noverunt. Deinde audiat qui
non legerunt vel qui forte lon
sive audierunt obliti presunt? eb
in heremo populus israel morsibus
serpentum fiebat magna stra
ges multorum moriencium plaga
dei erat corripientis
et flagellantis. Ut erudiret do
minum est ibi magnum sacra
mentum rei future. Ipse dominus tes
tatur in hac lectione ut nemo
possit aliud interpretari quam quod
ipsa veritas indicavit de se
dictum est enim ad moysen a domino
ut faceret eneum serpentem et
exaltaret in ligno et homo
ammoneret populum israel ut si quis
morsus esset a serpente illum
serpentem exaltatum in ligno ac
cederet. Factum est mordebantur
homines intuebantur sanabantur
Quid sunt serpentes mordentes
peccata de mortalitate carnis
quis est serpens exaltatus mors
domini in cruce. Quia non a serpente
mors per serpentis effigiem figura
ta est mors ista serpentis
letalis morsus domini mortalis
attenditur serpens ut nichil
valeat serpens. Attenditur mors
ut nichil valeat mors. Sed

cui9 mors mors vite si dici pot
mors vite vnio quia dici p̄t
mirabilit⁹ dicitur. Sz nunquid
nō erit dicendum quod fuit
fructedum Ego dubite dic
quod prime dignus est fucē
nōne vita xp̄us. Et tamē
in cruce xp̄us nōne vita xt
Et mortuus est xp̄us Sed
in morte xp̄i mors mortua
est quia vita mortua occidt
mortem plenitudo vite de
glutinit mortem absorpta
est mors in xp̄i corpe Sic
et nos dicemus in vīne qn
iam triumphantes cātabim9
vbi est mors contenco tua ubi
est mors aculeus tuus Inte
rim mō fr̄es ut a pctō sane
mur xp̄m crucifixum intueamur
quia sicut moyses in dsto exal
tauit serpentem in heremo sic
exaltari opz filium hominis ut
omnis qui credit in eum nō pereat
sz habeat vitā eternā. Quo
qui intuebant illum serpentē
nō peribant morsibus serpenti
um. Sic qui intuentur fide
xp̄i morte sanantur a morsi
bus pctōꝝ. Sz illi sanabant
a morte ad vitā tpalem h
autē ait ut habeant vitā etn̄
nam hoc n int est inter fi
guratā ymaginē rem ip
sam figura pstabat vitam

tempale res ipa cui9 illa fig
erat pstat vitā eternam etc.

Sanctorum Nerei et achillei
et pancratij rectā sequitur

In illo tpe. Accesserunt
ad ihm pharizei dicentes
Si licet homini dimittere vxorē
suam quacumqz ex causa. Ome
lia babani de eadem lectione

Hic nondū meū dicta
a turbis et pharizeis h et
conuenit ut doceat et
sui sentiantur ipsum. Sicut eum tn
cum apte conuincerit illi attendunt
ut saluatorē doctorē veritat
temptando decipiant. Neqz hoc
mirandum Nam hos de voto
pietatis illos similes addinit
liuoris Interrogat enim vtrum
liceat homini dimittere vxorem
qualibet ex cā. Vt si cornuto te
neat silogismo et vtroqz inducit
captionem patiatur. Si dixit
inquit dimittendam esse vxorē
qualibz ex cā ut ducendus alias
predicatie pdicator sibi vide
bitur dicē contraria. Si autē
vident nō omnez ob cām debē
dimitti qui sacrilegii reus tene
bitur rad u sim doctrina moysi
et p moysen dei facio Igit sic
dñe ex sion tepat ut decipu
lam tū fecit septimā sabā

nō ducēs testimonium et uālēmus le
gem priorem dei sententiam sic op
ponens que nō uoluntate dei
sed permissione necessitatis concessa est. nō
legistis inquid quia qui fecit ab
initio masculum et feminam fecit
eos. hoc in exordio geneseos
scriptum est. dicendo autem masculum
et feminam ostendit secunda uitanda
coniugia. nō enim ait masculum
et feminas quod ex priorum repudio
querebatur sed masculum et feminam ut
unius coniugis consortia necte
rentur. propter hoc dimittet homo
patrem et matrem et adherebit uxo
ri sue. Similiter autem uxori sue
nō uxoribus. Et erunt duo in
carne una. Premium nuptiarum
ex duobus unam carnem fieri
castitatis iuncta spiritui unus efficiatur
spiritus omnipotentis dei actum est
eterno et salubri consilio ut portorum
sui corporis amplecterentur et se uel
ut a se putarem esse deum sinum
quod de se cognosceret fabricatum
Quod ergo deus coniunxit homo
nō separet. deus coniunxit unum in
faciendo carne uiri et feminam et sic
hanc homo nō potest separare
nisi forsitan deus homo sepe
rat qui propter desiderium secunde
uxoris primam dimittit. deus
separat qui reconuocat qui ex
consensu propter seruitutem dei

eo quod in arto sic habemus
uxores qui nō habere dicunt
illi. Quid ergo moyses mandauit
dare libellum repudii et dimi
ttere aperiunt calumpnia qui u
paucerat et iste dominus nō propria
sententia protulerit sed ueteris
hystorie et mandatorum fuerat
recordatus dei et ait. Quia
moyses ad duritiam cordis
uestri permisit uobis dimittere
uxores uestras ab initio autem
nō sic fuit. Quod dicit istius mo
est. nunquam potest sibi deus esse
contrarius. ut alia iam iusserit
et sententia sua nouo frangat
imperio. Nō ita sentiendum est
Sed moyses cum uideret propter
desiderium secundarum coniugium
Quae uel ditiores uel iuniores
uel pulchriores essent priores
uxores interfici aut malam
uitam ducere maluit indulgere
discordia odia et homicidia
et perseuerare. Simulque considera
quod nō dixit propter duritiam
cordis. Unde permisit uobis
deus sed moyses ut iuxta
apostolum consilium sit hominis ~~dei~~
nō imperium dei. Dico autem uo
bis quicumque dimiserit uxorem
suam nisi ob causam fornicati
onis et aliam duxerit

mechatur et qui dimissam
duxerit mechatur. Sola for-
nicatio est que uxoris vincat
affectum. Immo cum illa unam car-
nem in alteram diviserit et
se fornicatione separavit a
marito non debet teneri ne virum
quoque sub maledicto faciat
dicente scriptura qui tenet adul-
teram stultus est impius et
ubicumque igitur est fornicatio libere
uxor dimittitur. Et quia poterat
accidere ut aliquis calumpniam
faceret innocenti et ob secundam co-
pulam nuptiarum veteri crimen
impingeret. Sic priorem iubetur
dimittere uxorem ut secundam prima
vivente non habeat. Quod enim dicit
tale est si non propter libidinem sed
propter iniuriam dimittis uxorem
quare expertus infelicis prior-
es nuptias novarum te immittis
periculo. Nec non quia poterat eve-
nire ut iuxta eandem legem ux-
or quoque marito daret repu-
dium eadem cautela precipitur
ut secundum accipiat virum. Et quia
meretrix que semel fuerat adul-
tera opprobrium non timebat secun-
do precipitur viro quod si talem
duxerit sub adulterii sit crimine.
Sic una est solum carnalis est
ita fornicatio una spiritalis

hoc est timor dei ut uxor di-
mittatur sicut multi religionis
causa fecisse leguntur. Nulla autem
causa est dei lege prescripta ut viven-
te ea que relicta est alia ducatur.
Dicunt ei discipuli. Si ita est causa
hominis cum uxore non expedit
nubere. Grave pondus uxorum est
si excepta causa fornicationis eas
dimittere non licet. Quid enim si te-
mulenta si iracunda si malis
moribus si luxuriosa si gulosa
si vaga si iurgatrix et maledica
tenenda erit huiusmodi. Volumus no-
lumus sustinenda est. Cum enim essemus
liberi voluntarie nos subiecimus
servituti. Videntes ergo apostoli grave
uxorum iugum proferunt motum ani-
mi sui. Et dicunt si ita est causa hominis
cum uxore non expedit nubere. Qui
dixit non omnes capiunt verbum hoc
sed quibus datum est. Nemo putet
sub hoc verbo vel fatum vel fortunam
reduci quod hi sint virgines quibus
a deo datum sit aut quos quidam ad
hoc casus adduxerit sed hiis da-
tum est qui petierunt qui voluerunt
qui ut acciperent laboraverunt. Omni
enim petenti dabitur et querens
inveniet et pulsanti aperietur. Sunt
eunuchi qui de ventre matris sic
nati sunt et sunt eunuchi qui fa-

sunt ab hominibus et sunt eunuchi qui se castraverunt propter regnum celorum. Qui potest capere capiat. Triplex est genus eunuchorum duo carnalia et tercium spirituale. Alii sunt qui de ventre matris sic nati sunt alii vel quos captivitas fecit vel delicie matronales. Tercii sunt qui seipsos castraverunt propter regnum celorum et qui cum possent esse viri propter christum eunuchi sunt ystis promittit premium. Superioribus autem quibus castimonie necessitas est non voluntas nichil omnino debetur. Possumus et aliter dicere. Eunuchi sunt ex matre nati qui frigidioris nature sunt nec libidinem appetentes et aliqui ab hominibus sunt quos aut philosophi faciunt aut propter ydolorum cultum emolliuntur in feminas vel persuasione hereticus simulant castitatem ut mentiantur religionis veritatem sed nullus eorum consequitur regna celorum nisi qui se propter christum castravit. Unde et infert qui potest capere capiat ut unusquisque consideret vires suas utrum possit virginalia et pudicicie implere precepta per se enim castitas blanda est et quelibet ad se alliciens sed considerande vires sunt ut qui potest capere capiat quasi hortantis vox domini est et milites suos ad pudicicie premium concitantis. Qui potest capere capiat qui potest pugnare pugnet superet ac triumphet. Lectio libri

Iusti in perpe- Sapientie v°

tuum vivent et apud dominum est merces eorum et cogitatio illorum apud altissimum.

Omelia lectionis eiusdem etc.

Cum prophetam peccatorum penas et iustorum premia describeret in suo consequenti iustorum gloriam et premium apud dominum enarravit in celo qui in supernum regnum recepti vita beata in contemplatione fruuntur. Et ideo hoc qui totam spem sue mentis intentione in bonitate posuerunt conditoris sui cuius eciam manum conati et dexteram fortitudinis sunt experti. Manus enim dei et dextera et brachium propter effectum potencie unigenitus filius dei nominatur per quem omnia facta sunt in quo hominis redemptorem per passiones et remissionem peccatorum quem deus suscitavit a mortuis et constituit ad dexteram suam in celestibus super omnem principatum potestatem et virtutem et dominationem et omne nomen quod nominatur non solum in hoc seculo sed etiam in futuro et omnia subiecit sub pedibus eius et ipsum dedit super omnem ecclesiam

que est corpus et plenitudo eius
qui omnia in omnibus adimpletur
accipiet armaturam zeli illius
et armabit creaturam ad ulcionem
inimicorum. Secundum sensum hystoriam
quod creator omnium cuius arma sunt
veritas et iudicium iustitia potestas
tuam sibi subiectam corripit
ac verberat delinquentes. Secundum
allegoriam autem idem deus
armat creaturam ad ulcionem ini
micorum qui per eum contra predicat
tores per fidem iudeorum stulti
ciam gentilium atque dolum hereti
corum de peccato et de iusticia et de
iudicio redarguunt ac telis
verborum pectora eorum pungit que
timore salubri contriti omni
potentis dei manum cedunt et
discunt ei subditi esse tamen ad
monitorum nulla racione debet
rebellare quia nec potencie de
bent ullo modo resistere. Ibunt directe
emissiones fulgurum et de nubilo
tamen deducit illos deus de eius
iter emissiones fulgurum sunt
tonitrua predicatorum sunt
choruscaciones miraculorum que
directe ibunt quia in suo dispensacio
auctoris sui ad utilitatem e
lectorum sunt ad deum per quod cor
porum sunt et tamquam ab arcuato
arcu nubium exterminabuntur
auctoritate diuinarum scripturarum per

priam intencionem sanctorum doctorum ad
cuiuscumque adversarios proferuntur.
Et ad titulum locam in psalterio quod tot eos
quos necesse est recto tramite pro
cedere nec valet esse consilium contra
diuinam scripturam contestatur et ordina
tum. Sermo Maximi episcopi

Sufficere nobis debet pred
ad perfectum salutis incitamentum
exemplum sanctorum qui propterea adipisci
merentur celeste regnum omnibus se mun
danis divitiis subdiderunt. Iura
auaricie deinde imposuerunt se legibus
salvatoris ut ipse autem alia vita
mereretur ad hanc iam gloriam
pervenire. Non cum illo tempore tamen per
fecerunt preceptum domini quo confessio
nis supplicium pertulerunt. Sed necesse
sunt illos prius fuisse eruditos per impositis
Christi passionibus probetur necesse
fuit ideo ut vita bona fuerint
quorum finis est optimus subsecutus
et mores eos non solum fuisse tamen
passi sunt sed etiam martires Christi
fuisse cum veniret martir cum
latrone testis dicitur. Quociescumque
bonis actibus mandatum Christi
facimus tociens Christo testimonium
perhibemus verum tamen domini non
illa tamen dicitur que passionis
tempore ligni affixione conscribitur
sed illa que totius vite circulo cer
tarum disciplinarum virtutibus coap
tatur. Et qua michi videtur

salvator dicit. Qui vult post me
venire tollat crucem suam et sequatur
me. Itemque enim omnes martires qui
passi sunt quasi crucifixi sunt
itemque omnes virgines qui iuxta
apokalipsim sequuntur agnum dei
crucifixi sunt ut sequitur. Itemque
paulus apostolus crucifixus fuerat
cum dixit michi autem absit gloriari
nisi in cruce domini nostri ihesu
christi per quem michi mundus crucifixus
est et ego mundo hoc autem dicit
ut intelligas crucem non ligni
esse patibulum sed vite virtutis
compositum. Tota ergo vita christiani
hominis si secundum evangelium vivat
crux est atque martirium. Et hoc
quod in nobis difficile repitur ut
omnes actus nostri secundum evangelium di
rigatur atque ideo cum noticia et
voluptatibus vulneramur itaque
salvatoris amittimus christus enim
castitatis pax veritatis mansuetudo.
Quomodo ergo potest castitati testimonium
perhibere corruptus aut quomodo
pace pacis perditam unius animus
qui in lite est. Quo pacto veri
tate mendax sequitur quia mansuetudine
qualiter conabit iniquitatis. Quomodo
igitur possumus ad nichilum
gloriam pervenire cum dicat dominus
nolite aurum possidere. Nos enim
auri talenta reddimus no-

lite inquit possidere hoc autem
sentibus dicit. Unde si sentiti
bus aurum possidere prohibetur non
sentiunt cupiditatem qua peccu
ia denumpniat et si quid ipsa reti
net amittere iubentur illi qui
aliena diripiunt quam contiuter
serviunt. Sunt enim plerique fratres
qui cum humili loco geniti fue
rint vallas a parentibus divicias
consecuti sic tanta avaricie cu
piditate iactatur ut putant se
prius tamen natos nisi aurum
quod possiderint. Estimatur
enim sicut ait propheta vita ho
minum comparata ad lucrum non
dubitat unde eciam videtur ex
malo acquirere atque ita singuli
homines dum lucrum auri querunt
dampnum salutis incurrunt. Rerum
nimis fratres quoque quisquis est
qui hoc non sit involutus paucis
ad modum perfectis abstracte
pestilencia se defendunt. Si
negotiatorem cogites propter
avariciam plurimis in causa est.
Si militarem respicias cupi
ditatis illa tota cum milicie. Si
officiosa singula perscruteris inve
nies homines non hoc studere ad
duci ad obsequium sed velud predam
ad negocium pervenire. Omnis ergo
pene liberis ac negociis stu
det tamen primo surgunt diluculo

non cogitant nisi ut ad vn
aique perpipiant quos si aut
honestas conviacit et retundit
indicatur auctoritatis. Qui res
alienas diripiunt dampnum se
fecisse querunt sine cum iniqui
unt militamus sine cum labo
ramus hodie domum referre
nichil potuimus iniquitatis in
dicas malefacere me non puni
sit. Quatuor quasi pene homines
agitat avaricia nullum de
hys quietum permittit esse hy
cum qui nichil habet cupiti
torquentur illi qui divicias
possident sollicitudine crucian
tur. Nequissimus est qui recon
dito auro incubat ymo ip
sis est generius semper cum se
avorum mesti sollicitudine
hoc servimus aufferat ne fur
effodiat atque illud retrude
tes tenebris ita abscondunt
ut omni subiectfugiat notitiam
nichil expecto presentes aliqui
ad usum nec apud latebrarum
sit causa perdendi. Seruiat autem
illud innovatione servat in qui
Custodes quasi istos dixerim
non dominos talium attendere
diligentius non ipsum convenientes
expendere. Quod quia si feceris puta
tis habere aurum esse divicias
Ego dixerim maiores esse aurum

non habere divicias preciosior
enim mens est que aurum despi
cit quam que aurum requirit. Maiores
plane sunt divicie non habere aurum
sed aurum habentibus contempnere. Qui
enim virtutibus habundat bonis scilicet
thezauros non requirit. Bona
enim sunt ipsa honestas sobrietas
munda castitas. Que bona omnia
auro magis sunt preciosa. Et
sciatis quia hys ita viliora sunt
metalla auri talenta cum
sint argenti vasa comparata sint
honestatis sola non potest enim hones
tas non emitur sed acquiritur quia
non constat precio sed virtute. Tu
vero qui aurum possides si placet
bona mea conferamus. Tu enim
peregre proficisceris thezauri tui
necessario domi remanent
quibus longe a te positis semper
trepidus semper incertus es ne cum
domum redieris non habeas quod
habeas. Ita dum semper amissiorum cora
metuis apud custodiam tuam mi
ser et pauper es. Ego autem
quocumque iero mee divitie me
sequuntur nec separari a me possunt
bona qui non tenebro spectu sed
thezauro pectoris retinentur
Tu tamen recedis aspecto relinquendo
tuas divicias perdidisti. Ego
autem cum michi de hoc mundo
migrare contingit divitias meas

micam ad paradysum vecho tuas
divitias post mortem illius quo
illius purpurati divitis ignis
et tenebre sub sapit divitias
meas quo lazari summus abra
he et beatitudo suscipiet. In vigi
lia natalis sancti Johannis bap-
tiste Luce i°

Fuit in diebus herodis
dis regis iudee sacerdos
quidam nomine zacharias
de vice abya et uxor illi de fi
liabus aaron et nomen eius
elyzabeth. Omelia lectionis eiusdem

Venturus venerabilis Bede presbiteri
in carne dominus et redemptor
noster multos dispensationis
sue testes premisit et nuncios qui
diversis temporibus diversi israheliti
ce plebis temporibus orti non diver
si fide sed uno eodemque pertinacia spiritu
eiusdem incarnationis misterium
eius prophetando preciperent. Horum
ultimus et quasi limes quidam
legis et evangelii signifer veritatis
Johannes apparuit, domino attestante
qui ait lex et prophete usque ad Jo
hannem ex eo regnum dei evange
lizatur, unde etiam plus quam propheta dic
tus est, quia quod ceteri a longe
prophetando solum predixerant ille
et primo venturum prophetando sig
nit et mox venientem ostendendo
monstravit. Cui bene gratia dispe
sationis non solum in factis sed et po
tificali stirpe ortis parentibus nasci
asscitur. Fuit enim sacerdos sicut

ut eo potencius mutacionem
sacerdocii preconizaret

expletione eventura. Audivimus vero
zacharias de vice abia et
uxor illi de filiabus aaron et
nomen eius elyzabeth. Erant
autem iusti ambo ante deum. Jus
tis quippe parentibus est genitus
ut eo confidencius iusticie pre
cepta populis daret quod hec ipse
non quasi novicia didicisset
sed quasi hereditario iure a progeni
toribus accepta servaret. De sacer
dotali progenie ortus ~~esse dicitur~~
quo ipsum ad sacerdota
le genus pertinere claresceret. Re
demptor etenim noster in carne
apparens sicut nobis rex fieri
dignatus est regnum celeste tri
buendo. Ita etiam pontifex factus
est semetipsum pro nobis offerendo
hostiam deo in odorem suavitatis
unde scriptum est Juravit dominus et non pe
nitebit eum tu es sacerdos in eternum se
cundum ordinem melchi. Melchisedech quippe
ut legimus sacerdos dei summi
longe legalis sacerdocii tempora
precessit offerens domino panem et
vinum. Ideo redemptor noster sacer
dos esse dicitur secundum ordinem mel
chisedech. Quia ablatis vic
timis legalibus idem sacrificii
genus in misterium sui corporis
et sanguinis in novo testamento
offerendum instituit. Cuius gratia
congruentius translationis legalis
et substitutionis eventura sacerdocii

quod summi iuxta legem sacerdotes
filius prophetarum Samuel tamen et
ipse summus sacerdos secundum le-
gem existere posse videtur.
maluit docere intuitu secus
in immutabili ratione veritatis
nomini sacerdotis pro eo quod succes-
sor et heres existere veteris va-
luit doctus in spiritu veritatis
indefectivum prorsus nomini testamen-
ti sacerdotii perpetuale quam ad se
venientibus in templo glorio-
sissimo illic tunc temporibus sacer-
dotum veteris officio possessum tu-
lit longa solitudinis sitim
et esuriem continuis hostiarum
solempnium pellibus camelorum
et cinctu zone pellicee circum-
ceptus pontificatum per possint sco-
las. Ut quid enim hic fores mei
nisi ut is qui nullo iusticie perso-
nis auctoritate sibi predicandi
abstinuerit ipse etiam neglectum
patrum pontificatus ostenderet
quia in dubiis melioris ponti-
ficatus precursor existe-
ret. Si vero veritate utrum de-
lectat quis sit Abya de cuius vi-
ce Zacharias genus duxisse
perhibetur. Hic temporibus David
regis summus erat sacerdos secun-
dum iubente domino per Moysen
primo unus in lege pontifex Aa-
ron est constitutus post cuius mor-

tem Eleazar filius eius sacerdo-
tium suscepit. Hoc quoque mor-
tuo Finees filius eius sacerdotii
successor extitit et sic usque ad
tempora David per annos plurimos
dringentos hoc unius per unum
extitit pontificatus heredes. At
vero David cum magno fervens
studio religionis templum domino
condere desideravisset dominus autem hunc
hoc per filium eius Salomonem vellet
implere nichilominus ipse David omnia
que ad situm eiusdem templi et
ministrorum vel reverentiam pertineret
sollicitus preparare curavit. Unde
etiam cantores statuit qui tempore
sacrificii cottidie per organa tunc melo-
dia resonarent atque animos assi-
stentium ad memoriam amore
que celestium non solum sublimi-
tate verborum que dicebant sed et suavita-
te sonorum quibus dicebant erigerent
volensque ut excellente cultu et
magnificentia templi. Decus quoque
ministrorum illius et ministerium excel-
lentius quoddamque omnem progeniem
filiorum Aaron et eos videlicet qui
de Eleazar et illos qui de Ythamar
stirpe descenderant divisit hos in
partes xxiiii ac de hys singulis
singulos pontifices eligens ceteros
qui in partibus erant sacerdotum mi-
nores quod nunc presbiterum vobis

officio fungi precepit, ea videlicet provisione, ut dum quilibet pontificum vita decederet, quicumque de eius parte optimus putaretur eius pontificatui succederet. Quas videlicet partes ita ordinavit, ut singuli pontifices cum subditis sibi sacerdotibus per octonos ministrarent dies, hoc est a sabbato usque ad sabbatum. Et cum omnes eodem sacerdotali essent equales, unus tamen inter eos qui dignior videtur speciali reverentia ac potestate princeps summi sacerdotis nomen haberet. Qui autem ordo primum cui parti conveniret debeat, missa coram David rege et principibus familiarum sacerdotalium et leviticarum sorte querebat. In qua rerum distributione sortem Abya decimus vite regula octavo Zacharias oritur octavo loco positum invenitur. Et recte pro novi testamenti in quo gloria resurrectionis mundo declaratur loco octave sortis nascitur preco. Et dominus in una sabbati que est a die conditionis octava resurrexit a mortuis, nosque post sex huius seculi etates ac septimam quietis animarum que est in alia vita, octava iam etate perpetue resurrectionis in fine promittit. Erant autem iusti ambo ante deum incedentes in omnibus mandatis et iustificationibus domini sine querela. Sepe contingit ut hi qui iam perfecti hominum existimatione iudicantur adhuc in

oculis interni arbitri minus ad perfectionis habeant et rursum solet evenire ut in eo nulla conscientia virtutum operibus in moderatione sui decepto dum sine sua deo placere appetit proximorum oculos offendat. A qua utraque reprehensione parentes beati Johannis immunes esse declaravit de quibus tamen dictum est: Erant autem iusti ambo coram deo; subiunctum est: incedentes in omnibus mandatis et iustificationibus domini, moxque subiunxit: sine querela. Ac si aperte diceret: Ideo se in actibus pariter cogitationibus suis circumspecte agebant ut divinis obtutibus in consulto et humano foris iudicio placerent, iuxta illud apostoli providentes bona non solum coram deo sed etiam coram hominibus. Et non erat illis filius eo quod esset Elyzabeth sterilis et ambo processissent in diebus suis. Divinitus est provisum ut sterili matre et utroque parente provectioris etatis Johannes nasceretur, quatenus ipso ortus eius miraculo pateret virum magne virtutis futurum esse qui nascebatur, ubi desinente omni lascivia concupiscentie carnalis constaret nulla intercedente voluptate sed sola cogitatione spiritus

gratia plis. Sic ysaac filius p-
missionis qui i figuram uni re-
deptoris sui est obediens pri
usque ad morte de veteranis
pntibus et sterili diu matre
natus est, sic iacob et ioseph
patriarche, sic sampson fortis-
simus ducu, prophetarum eximi-
us samuel sterilis diu cor.
Et fecundis semp dotibus hu-
mere genitus ut miraculo
natiuitatis natorum dignitas nos-
cetur comprobare sublimes i vi-
ta fuiti qui in ipso vite exortu
conditionis humane mira transce-
deret. Ex vero sequitur Factum est
aut cum sacerdo. fungeretur ior-
dine vicis sue an deum secun-
dum consuetudinem sacerdotii sorte exijt
ut incensum poneret ingressus
i templum domini. claret quidem
omnibus quia iam redeunte
ex ordine septimana vicis
sue que ei de vice abya con-
tigerat templum ingressus intrauit
Sed forte aliquibus obscurum
est quia septima tunc videtur
quo hec sunt anni tempe gesta
quibus intimandum quia ut hec
scriptura pterimisit. sed ex eo q
addidit latenter innuit. Et omnis
multitudo populi erat orans
foris hora incensi. una etem-
im pro anno solempnitas erat

in qua pontifice adorandi sancta
sanctorum intrante nullis prorsus hominis
rectos vocat ad veniam etiam in
illis implebitur eius sermo quia
non venit vocare iustos sed peccatores
et non elatos sed humiles non de sua
iusticia inflatos sed ei qui iusti
ficat impios deuoti mente subditos

saluos fieri credens ubi quamuis
neque hic se iustos sed peccatores
esse simulato corde testentur. Libet
autem meminisse fratres karissimi ad
dus arte iusticie mattheum quem
de publicanis actibus elegit
uel spem remissionis peccatorum
plurimum aduexit. Qualis namque
sit factus iste apostolorum meus tam in
scriptis docet et dog... ipsa gente
ethyopum que de finibus terre
ultimis ad fidei eius societatem
predicando conuertit ab lingua sua
baptismatis de fidei sermo si
reddidit quia vnaque ... com
puit ac ... decorauit o
natu doctrina ewangelium inquo
scribendi noui testamenti ...
... tam speciali priuilegio d
natum est ut dominice incarnationis
misterii que cuncti apostoli ...
futuram praecebat ipse primus
omnium ... scripsit et credenti
bus legenda tradi ... Qui
... ewangelium ad edificationem fidei cui
primitue que ex hebreorum ma
xime populo collecta est hebreo
sermone composuit dilatata a
porrem etiam gentis ac barba
ris in eiusdem fidei unitate
confluctibus curauit per fide
fideles ut idem etiam in grecum
latinumque transferretur eloquium.
Quod etiam marci luce et iohan
ewangelia que deinceps grecata

linguam ediderunt mox in latinam
transfunderent sermone quatenus hec omnes
per orbem nationes legere atque in
telligere possent. Testatur eze
chiel propheta quatuor idem ma
[illegible]hens in principio sue etiam me
[illegible] effulserit dominum sub figura
quatuor animalium admirabiles eorum
virtutes varietates quas celesti
visione didicerit plenissimo ser
mone describit. Sed et Johannes apostolus
in eadem vnus ex eis ipse visio
ne doctus spirituali in prima eius
sacramenta eorundem virtutes fa
cit mentionem. Tante quippe
erant dignitatis illi qui re
demptoris nostri facta scribendo
memorie tradiderunt. Vt non solum
prophetico sed apostolico essent testimo
nio commendandi. Tante erant dig
nitatis. Sic utriusque testamenti scrip
tura eis mistis testimoniis decret
eorum quod gloriam celi cives non ante
portum tamen corporis sui etiam post
inchoatum. Vt quorum munus operis
hominibus ad memoriam fieret et quanti
apud deum haberentur ostenderent
singula quoque de illis ezechiel multa
exprimens ipsorum commemorat
Johannes. Sed nos in presenti quod sermo
claudendus est unum iohannis testimonium
commemorare sufficiat. Et viderunt
quatuor animalia gloriam et
honorem et benedictionem sedenti super

thronum viventi in secula seculorum
procidebant xxiiii seniores ante
sedentem in throno et adorabant
viventem in secula seculorum et mittebant
coronas suas ante thronum. Sed nunc
ut quotiens eterni regis magnifi
centiam in sanctis civium orum predicari cognos
cimus procidamus humiles ante
illius maiestatem devote presternimur
ploremus et quod boni operis habere
possumus non nostris viribus sed eius
semper gratie tribuamus qui sedens in
throno patris vivit cum filio et spiritu sancto et regnat
deus in secula seculorum amen. Epistola ad
Ephesios.

Ecclesie unicuique
autem nostrum data est gratia secundum
mensuram donationis christi. Secundum
Omelia lectionis eiusdem etc.

Licet deus pater super omnia sit
et per omnia et in omnibus tamen
gratia iuxta mensuram credenti
bus datur non quod per mensuram
spiritum gratiam tribuit deus magnifi
centia eius non est finis sed quod iuxta
mensuram vasculorum infundat liquo
rem muneris largitor quantum potest
ille cui donatur accipere. Non enim ad
mensuram dat deus spiritum tamen potest
habere mensura quod equaliter dif
fusum est. Quod ut manifestius fiat
in presenti licet non implens similitu
dine per quam possit intelligi quod dica
sumamus exemplum. Mare licet immen
sum est et capacitas eius soli deo
nota est. Ergo hoc signis velit mul
tis hominibus secundum id quod gestare

nequiunt tendere unde necesse est ut ad men
suram unicuique donat partes eius
in mensura recipiat cuius solum imme
nsurabile est. Ita spiritus sanctus imme
nsus quidem est et nullo fine con
cluditur tamen unicuique secundum quod
expedit. Et similiter nondum eadem
eadem gratia que inter alterutrum pro
hibetur secundum mensuram donacionis
Christi data sit nobis ipse quod dicit
Ascendens in altum captivam duxit
captivitatem dedit dona hominibus
Quia supra dixerat. Unicuique autem
nostrum data est gratia secundum donacionis
mensuram Christi ut confirmaret hec
ipsa dona que post paululum
quoque enumerat dicens. Et ipse dedit
quosdam quidem apostolos quosdam autem
prophetas alios evangelistas a salvatore
esse donata testimonium de psalmo hominem
assumpsit ut sciamus illas esse
manubias hominibus distributas
quas Christus meruit victor ascen
dens quippe in altum captivam du
xit captivitatem. Nos qui nunc
Christo credimus de gentibus cum capti
vi cum essemus extranea dei a dia
bolo capti sumus et eius satelliti
bus distributi. Venit igitur dominus noster
ihesus Christus secundum Ezechielem va
sa scilicet captivitatis apportans
et operto capite ne ab adversariis
cognosceretur predicavit hiis qui
capti erant remissionem et qui
tenebantur in vinculis solucionem
Ut nos de cathenis hostium et de

compedibus liberavit. Sicut illam
mulierem in evangelio de qua commemoravit
ipse. hanc autem filiam abrahe quam
ligavit sathanas ecce xviii annis
non oportuit de vinculo hoc in
die sabbati liberari sic et nos et per
nova captivitate de captivis li
berati captivos secum duxit in celum
et hiis ipsis quos de inimicorum
manu victor eripuit diversa
gratiarum dona largitus. Et ele
ganter hic posuit dedit dona
hominibus cum in psalmo scriptum sit
Accepit dona in hominibus. Dominus
ibi quia necdum factum erat
sed futurum promittebat propheta dicitur
accepisse. Hic vero tamen apostolus
scribit quia iam ceciderunt et in uni
verso orbe ecclesie fundate erant.
Idcirco non accepisse scribit sed de
disse. Alii hunc locum ita disse
ruerunt quod ob id dominus noster ihesus
ad celos victor ascenderit. Ut
inde angelos ceterasque virtutes
ad custodiam ecclesiarum suarum mit
teret et dominum indignus sit locus
iste tremens sublimium potestatum
hec percipiam quod ille suscipit
captivitatem. Ideo cum in
quo ascendit in altum. Ut capti
vans captivitatem dona homini
bus largiretur hoc autem totum
ideo apostolus replicat. Ut quia
supra dixerat sufficientes in
invicem in caritate solliciti servare
unitatem spiritus in vinculo pacis

tet in tarismatibus diversis
etiam esse concordem et non
pati scismatum et dissensionum
scissione dari quia sunt mem
bra donationis xpi diversis
ipsum tum acceperit donario
eadem si in uno corporis et in uno
ipsum omnes vocatos esse i ut
... alt unus dns est et una fi
des est et unum baptisma et unus
... pr ... nos in caritate id
... sumus in vinculo pacis sua
... spus unitate Quod autem asce
... it quid est nisi quia et descendit
... primum in inferiores ptes terre Qui
... scendisse nunc dicit apostolus asce
... it quia ante descenderat
hoc non sonat Quod autem ascendit
quid nisi qr descendit Require
... ita qr super eo quod alibi scriptu
est Nemo ascendit in celum nisi
qui de celo descendit filius ho
minis qui est in celis quo as
cenderit cum descendens Cum n
... et loquebatur post descensum
... celis se quo dicit ad celos ascen
disse mirabat Nec non et illud
... quo ipsa ascensio
et descensio sententia dicta sit Utrum
... corporis localiter an super cor
... spiritualiter vel itemque utrumque
inferiora ante terre infimus accipi
... qd dns noster et salvator descen
dit et sceptra ... que tenebant
... ad celos victor
adduceret Unde et post ...

eius plura corpora in sanctorum in ista
civitate visa sunt Quod autem
inferiori pte infimus sit Et psalmista
testatur dices Aperta est terra
et devoravit dathan et operuit
super congregationem abyron Et id ipse
in numerorum libro plenius explicat
Alio quoque loco legimus veniat
mors super illos et descendant in infernum
viventes Qui descendit ipse est
et qui ascendit super omnes celos
ut adimpleret omnia Utrum corporaliter
super omnes celos ut adimpleret
omnia Utrum corporaliter super omnes
celos et universas sublimitates et
celorum circulos quos philosophi speras vo
cant transiens atque visitaturus ... ste
tit in summo celi fornice ... ipso
... ut ... absidem cum ita omnia
corporalia conspiciens atque despiciens
... contemplans super celos i
super invisibilia stetisse credendus est
Et ut melius puto descendit
in inferiora terre et ascendit super omnes
celos filius dei ut non tantum legem
et prophetas impleret sed et alias quasdam
occultas dispensationes quas
solus novit ipse cum patre Neque
enim scire possumus quomodo et angelis
et hiis qui in inferno erant sanguis
crucis xpi profuerit et tamen quin pro
fuerit nescire non possumus Descen
dit quoque ad inferos et ascendit
ad celos ut impleret eos qui in

illis rationibus erat similis quod sci-
tare poterat. Cognoscendum quod
antequam xpistus descenderet et ascenderet
una via sunt omnia et plenitudine
illius indiguerunt. Hic locus aduer-
sus hebionem vel fotinum vel maxime
facit. Si enim ipse est ascendens in celum
qui de celo ante descenderat quo-
modo dominus noster ihesus xpistus non ante mariam
sed post mariam. Necnon et contra eos
qui duos filios in suo errore confin-
gunt filium videlicet dei et filium hominis.
Unde hic aptissime dicit quod ipse sit
ascendens atque descendens. Esset stul-
tum ista dicentes locum alii heresi
demus qui dimidiatam xpisti asserit
dispensationem sed sicut unum dei et hominis
filium confitemur, ne dispensationem assump-
ti hominis qua salvati sumus ex parte
credentes in parte teneamus. Et
ipse dedit quosdam ante prophetas
quidem apostolos alios vero evangelistas alios
autem pastores et doctores ad consumma-
tionem sanctorum in opus ministerii in edificationem
corporis xpisti. Licet hoc loco manifestis-
sime comprobatur patris et filii una di-
vinitas. Si quidem hoc quod nunc
xpistus tribuisse describitur, in prima
epistola ad Chorinthios deus pater dedis-
se narratur. Alias enim ait posuit
deus in ecclesia primo apostolos secundo pro-
phetas tertio doctores deinde virtu-
tes sanitatum opitulationes guberna-
tiones et genera linguarum. Ergo Sa-
bellius non intelligens patrem confun-
dit et filium unum eundem opinatur
esse dicat non divisos. Et simul non-
dum quod hic apostolos et prophetas et
evangelistas pastores et magistros de-
disse xpistus ibi non eodem pater
posuisse incorrectum. Posuit
itaque sive dedit pater et filius
primo apostolos secundo prophetas non illos
qui futura vaticinentur quales
in veteri legimus testamento sed qui
infideles arguat atque diiudicet.
Tales quippe prophetas novum tes-
tamentum in alia epistola etiam diffi-
nit. Tertio evangelistas quorum spe-
ciosi pedes sunt ad annunciandum
pacem. Nec vero putandum quod
sunt in superioribus temporibus dixit
alios esse apostolos alios prophetas
alios evangelistas. Ita et in pasto-
ribus et magistris divisa officia
posuit. Non enim ait alios autem
pastores et alios magistros sed
alios pastores et magistros. Ut
pastor esse debeat et magister
nec in ecclesiis quicunque sanctus sit
pastoris sibi nomen assumat
nisi possit docere quos pascit
vel tantum alit. Tunc atque idem
prius etiam sit pastor et doctor
pastor omnium magister hominum. Homines
quippe et iumenta salvos facis
et domine arbitror hodieque in
ecclesiis quemadmodum propheta et evan-
gelista pastorque invenitur et doc-
tor ita posse et apostolum reperiri
in quo apostolatus signa et indu-
cia compleant et exergione

plurimos

lu̅mos tam fores quã intus
am i ecclia qꝫ i hec̃sibus q̃ pseu
do apli sūt ꝛ pseudo pphete et
pseudo eu̅nte et pseudo pas
tores et pseudo mgri. Et de
hesibus quide nulla dubitaͦ e
q̃ sm̃ fcam fidem fcã unica
possideat in celis. unde nonne
nobis videtur esse fcti pastores
qui nõ pascūt oues tn̄ discipli
na s̃ qui mercenarij nequaꝙ gregis
salute cogitat qꝫ errant non
corrigentes rep̃ p̃nt nõ querentes
quo de ombus lac et lana tollunt
[illegible] et vestimenta captantes hec
[illegible] vero absqꝫ ordine ī hec p̃ntes
[illegible] aplm subito p̃cepisse in
[illegible] p̃uisceat deū esse sup oīa
[illegible] et i omnibus nobis et
[illegible] scorꝫ dicta gram sm
mensura donacionis xpi nunc dedit
alios aplos alios pphas alios
eu̅ntas alios pastores ꝛ mgros
esse i ecclia distributos qui intẽ
dat ad pfcom instrucionem scorꝫ
opus ministerij i edificacionem cor
poris xpi quia tn̄ corpus dni
ecclia sit ecclie de viuis lapidi
bus construatur hij quos supra
[illegible] in ecclia constitu
tos id est operos vt sm dispe
[illegible] officiū sibi traditum
ecclia xpi i corpus eius edi
ficent. Si quis ḡ nõ edificat
eccliam xpi [illegible] et plebe sibi s[illegible]

ecclia instruit ut de subiecto si
bi pplo xpi ecclia construatur iste
nec aplus nec pphta nec eu̅nta
nec pastor nec mgr est appella
dus. Donec occurrimus omnes
in vnitate fidei et agnicionis fi
lij dei i virū pfcm in mensura eta
tis plenitudinis xpi vt ultra
nõ simus p̃uuli fluctuantes et
circumlati omni vento doctrine in
fallacia hominum i astucia ad cir
cumvencionem erroris veritatē aute
facientes in caritate augeamus
i ipo omnia qui est caput xpus
Quousqꝫ quos omnes dixit
occurrere in vnitate fidei. Usqꝫ ad
omnes homines an omnes scos
in celo omnes qui donis capa
ces sint. videtur aute in dominibus
hominibus dicere quia multi victi
doctrinarum sūt et fcti eorum
fluctibus excitatus hinc atqꝫ
illinc homines i celo [illegible] vario
feruntur errore sed in omni studio
laborandum p̃mū i fidei vnitatē
occurrere deinde i eadē vnitate
ha̅re agnicionem filij dei. Quousqꝫ
tn̄ fuit secura possessio p̃uuli
esse cessantes i me
sura interioris hominis re
cipientes q̃ i mensura plenitu
dinis xpi omnes credentium [illegible]
p̃ueniat ꝛ nequaꝙ de mutabilibꝫ
fluctuans instar p̃uulorum gur
gite i stabilitatis ferat in celo

dum venti hinc inde p̄flantes
hereticorum viz sine sapiencia scti di
uise conpugnantes questiones nan
fragiu audientibus inferunt
et minantur dum alii absque vo
luntate fallacie attamen quia stu
pidi tantum alii vero omni calliditate
erroris laqueos componentes nos
decipere inuicem festinant. Cum aut
occurrerunt atque peruenerit in me
dium super dei viri tunc intellige
tes caritate xpi augebunt in eo
omnia que attemperat forma veri
tatis habentes corporis ecclie aut
dum ihm. In natali sci Mauricij
T. illo sociorumque eius secundum
Mathe
In tempore videns turbas
ihus ascendit in montem et cum sedis
set accesserunt ad eum discipuli eius
Omelia lectoris eiusdem bti leo
P redicate dilectissimi nus ipse
P Dominum dno ihu xpo euangelium
regni et diuersos per totam ga
lileam curante languores in omne
sina; se vtuti eius fama diffu
derat et multe ex omni parte inedita
turbe ad celeste medicum confluc
bant. Quia cum tardum est humane
ignorancie fides ad credendum quod
non videt et sperandum que
nescit. Oportebat diuina eruditione
firmandos corporeis beneficiis
et visibilibus miraculis incitari
vt cius tam benigna operari
batur potenciam non dubitarent
salutiferam esse doctrinam. Ut ergo
exteriores medelas dns iste re
media interiora tum efficeret et post
sanitatem corporum curaciones
operaretur animarum segregatus a circum
stantibus turbis secessum vicina
ui montis ascendit advocatis
apostolis quos sublimioribus insti
tutis a becedito mistice sedis
imbueret ipsa loci atque operis qua
litate signans se esse qui moysi
quondam suo fuisset dignatus alloqui
illic quidem terribiliore iusticia
hic autem sacciore clemencia ut
adimpleretur quod fuerat propheta le
mie promissum dicentis. Ecce dies
veniunt dicit dns et disponam do
mui israel post dies illos dicit dns
dabo leges meas in sensum ipsorum
et in corde ipsorum scribam eas. Qui
ergo locutus fuerat moysi locutus
est et apostolis et in cordibus discipulorum
velox scribentis ubi manus no
ui testamenti decreta condebat
nulla ut quondam circumfusa nubium
crassitudine neque perribiles
sonos atque fulgores populo ab ac
cessu montis absterrito sed per tranquil
ad aures concernam tranquill
tate colloquium. Ut prefice leni
remouetur legis asperitas et
spiritus adopcionis auferet for
midine seruitutis. Qualis
ergo doctrina sit xpi sacre ipsius
sine protestant. Ut qui ad e
na beatitudinem peruenire desiderant

ri dns felicissime agnoscat
ti inqt paupes spu qm ipo(rum)
est regnu celoru. De quibus
pauperibus ueritas loquitur
rte esse ambiguu si dicens
ti paupes nichil adderet
intelligenda paupu qlitate
sufficere uidetur ad merendum
regnu celoru ea sola inopia
na multi sub dura egestati
nitate patiuntur. Sz cum
it. Bti paupes spu ondit cis
regnor celor tribuendum quos
sublimitatis qmendat addq mul
tis qs indigentia facultatu du
litati amite no pt quod humili
spus bonu facilius paupes
qs diuites acquirunt. Diui et
illis itemitate amica e ma
suetudo tristis in diuitias fa
miliaris elatio bumpth z imple
tisq3 diuitibus inuenitur hic
mus qui habundantia sua no
ad tumore supbie s; ad opera
benignitatis utitur ideoq plura-
maximus mineret qd ad re
uelanda miseriam alicuius
nis impedierit. Oim igit atq
ordium bonu dicitur in hac
tute esse positu quia possunt
esse ppositu pares z impares
esse. Licet int est qtu fuit in
terrena facultate dissiles qui
spualibus bonis inueniuntur
pales. Btai igit illa paup

tas que rerum tpaliu amore
no capit z mundi opibus augeri
no appetit s; celestibus bonis
ditescere cocupiscit huius nobis
magnanimie pauptat exemplu
Primu p9 dnm apli pbuerut qui
omnia sua sine dilatione relinqntes
ad uoce celestis magri a captiua
piscium in piscatores hominu admirai
conuersione mutati sut z multos sui
siles fidei sue imitatores fecerut
qm illis primitiuis ecce unu cor
pus omn z anima una erat credenti
um qui omnis rebus suis pos
sessiones q3 distractis pdeuotissi
ma paupertate homines ditabat
eternis et pcipua pdicatione gaude
bat nichil habere de mundo z omnia
possidere cum xpo. Hic btus
petrus aplus cum ascendes ad
teplu claudo elia poscetur. Ar
gentu z aurum no est michi qd
aute habeo hoc tibi do in noie
ihu xpi nazareni surge et am
bula. Quid hac humilitate subli
mius Quid hac paupertate lo
cupletius. No habz psidia pe
cunie s; habet dona nature Que
debilem edidit mr. Quod ut eos sa
nu fecit petrus cpinbo z qui
ymagine cezaris in numo no
dedit ymagine xpi in homine
reformauit huius ante thezauri
opibus nosolui ille adiutus est

cui ingressus est redditus sed etiam
quinque milia virorum qui tunc ad
exortationem apostoli ab eius sancte cura
tionis initio scilicet miracula cre
diderunt. Et ille pauper qui non
habebat quod petenti daret
tanta dedit divine gratie largitate
ut quemadmodum unum hominem re
integrat in pedibus sic tot mi
lia credentium sanaret in cordibus
faceretque eos in Christo alacres quos
in iudaica perfidia invenerat clau
dicantes. Post predicationem huius
felicissime paupertatis addidit
dominus dicens. Beati qui lugent quoniam
ipsi consolabuntur. Luctus hic di
lectissimi cui consolatio eterna pro
mittitur non est cum huius mundi
affectione communis nec beatum quempiam
faciunt ista lamenta que tocius
humani generis deploracione fundun
tur. Alia racio est sanctorum gemi
tuum alia beatorum causa lacrimarum. Re
ligiosa tristicia aut alienum peccatum
lugebit aut proprium nec de hoc
dolet quod divina iusticia agitur
sed de eo meret quod humana ini
quitate committitur. Ubi magis
plangendus est faciens malum
quam paciens quia iniustum ma
licia sua demergit ad penam
iustum autem tollerancia ducit
ad gloriam. Deinde ait dominus. Beati
mites quoniam ipsi hereditate possidebunt
terram. Mitibus atque mansuetis

humilibus atque modestis et ad
omnem iniuriam tollerantiam
paratis possidenda terra promittitur.
Nec parva estimanda est hec aut
vilis hereditas tamquam a celesti
habitacione discreta sit cum
regnum celorum non alii intelligun
tur intrare. Terra ergo promissa mi
tibus et in possessione danda
mansuetis caro sanctorum est que ex
humilitatis merito felici resurrectione
mutabitur et immortalitatis
gloria vestietur in nullo iam spiri
tui futura contraria et cum voluntate a
perfecte unitatis habitura consensum. Tunc
enim exterior homo interioris
erit quieta et intemerata pos
sessio. Tunc mens videndo deo
intenta nullis corporis infirmitatis
impedietur obstaculis nec iam
dicere necesse erit corpus quod corrum
pit aggravat animam et terrena
habitacio deprimit sensum multa
cogitantem quia habitatori suo
non reluctabitur terra nec immo
deratum ad conatum aliquid per suas
vires audebit. Possidebunt
eam illam mites in pace perpetua
et nichil iuris eorum minue
tur cum corruptibile hoc induerit
immortalitatem. Ut periculum vertatur
in premium et quod fuit oneri
honori. Post hec dominus ad
iecit. Beati qui esuriunt et
sitiunt iusticiam quoniam ipsi satu

saturabimur. Nichil hoc esuriens
corporum nichil expetit sitis ista
terrenum sed iusticie bonum desiderat
saturari et in omnem occultorum
introducta secretum ipso domino
optat impleri. Felix mens
que hunc concupiscit cibum et ad ta-
lem estuat potum que utique non
expeteret si nichil de eius sua-
vitate gustasset. Audierat at
dicentem sibi propheticum spiritum Gus-
tate et videte quoniam suavis est
dominus accepit quandam superne dul-
cedinis porcionem et amore cas-
tissime voluptatis exarsit
ut spretis omnibus temporalibus
ad edendum bibendumque iusticiam
cum toto attenderetur affectu
et illius primi mandati apprehe-
deret veritatem dicentis Dilig-
es dominum deum tuum ex toto corde
tuo et ex tota anima tua et
ex tota mente tua et ex toto virtu-
te tua quoniam nichil est aliud
diligere deum quam amare iusticiam
Denique sicut illic dilectori dei p-
roximi cura subiungitur ita et
hic desiderio iusticie virtus mi-
sericordie copulatur. Et dicitur Beati miseri-
cordes quoniam ipsorum miserebitur deus
Agnosce christiane dignitatem sa-
piencie et qualibus disciplinarum
artibus ad que premia voceris
intellige misericordem te misericordia iustum
vult esse iusticia ut in creatura
sua creator appareat et in spe-
culo cordis humani per lineas imi-
tacionis expressa dei resplendeat
Secura est operancium fides
Aderunt illi desideria tua hys que
amas sine fine poteris et quo
tibi per elemosinas omnia munda sunt
ad eam quoque beatitudinem conse-
quenter est promissa pervenies dicen-
te domino. Beati mundo corde quoniam
ipsi deum videbunt. Magna fe-
licitas dilectissimi cui tam premium
paratur. Quid est hic cor mun-
dum nisi eis que supra dicta sunt
studere virtutibus videre autem
deum quod te sit beatitudinis que
mens concipere que lingua vale-
at explicare. Et tamen hoc consequi-
tur transformabitur humana natura
ut non iam per speculum neque in
enigmate sed facie ad faciem ipsam
quam nullus homo videre potuit
sicuti est videat deitatem et quod
oculus non vidit nec auribus au-
divit nec in cor hominis ascendit
per ineffabile gaudium eterne con-
templacionis obtineat. Merito hec
cordis puritati promittitur. Splen-
dorem enim luminis veri sordens
acies videre non poterit et quod erit
iocunditas mentibus mundis hoc
erit pena maculatis. Declinent ergo
terrenarum caligines vanitatum et

in bonum signa laude iniquitates maiores oculi tegantur. Ut scribi
tentus dei visione pascatur ad
hoc enim promerendum illud intelligere
pertinet quod sequitur. Beati pacifici quoniam
filii dei vocabuntur. Beatitudo ista
dilectissimi non cuiuslibet concessionis
nec qualiscumque concordie
est sed illius de qua apostolus dicit
pacem habete ad deum de qua dicit
propheta david pax multa diligentibus
nomen tuum et non est
illis scandalum. Hanc pacem etiam
artissima amicitiarum vincula et
indiscrete similitudines morum non veraciter
sibi vendicant si non cum
dei voluntate concordant. Extra
huius dignitatem pacis sunt improborum
parilitas cupiditatum federa
scelerum et pacta viciorum. Amori
mundi cum dei amore non congruit
nec ad societatem filiorum dei pervenit
qui se a carnali generatione
non dividit. Qui autem semper
mente cum deo sunt solliciti servare
unitatem spiritus in vinculo
pacis nunquam ab eterna lege dissentiunt
fideli oratione dicentes. Fiat
voluntas tua sicut in celo et in terra
Hii sunt pacifici hii bene unanimes
sancteque concordes vocabuntur eterno nomine
filii dei coheredes autem christi
quia hoc merebitur dilectio dei et
dilectio proximi. Ut nullas iam
adversitates sentiat nulla scandala [illegible]

pertimescat sed finito omni temptationum
certamine in tranquillissima dei
pace requiescat per dominum nostrum
ihesum christum. Qui cum patre et spiritu sancto vivit
et regnat in secula seculorum amen. Secundum

In illo tempore. Eodem die.
Videns turbas ihesus ascendit
in montem et cum sedisset accesserunt
ad eum discipuli eius.
Omelia Rabani episcopi de eadem

Hic potest videri michi lectionis
cesare tarumanti .... dominum vitare
voluisse et ob hoc ascendisse
in montem tanquam secedens
a turbis. Ut solis suis discipulis
loqueretur cum rei videtur attestari
etiam lucas ita narrans
factum est autem in illis diebus
exiit in montem orare et erat pernoctans
in oratione dei et cum
dies factus esset vocavit discipulos
suos et elegit xii ex ipsis quos
et apostolos nominavit. Commemoratur
idem lucas post descensum
eius de monte dicens eum
habuisse eundem sermonem stando in
loco campestri turbis predicasse
quod matheus dixit illum in monte
sedente discipulos docuisse
Ita potest hic intelligi cum in
monte xii discipulos elegit
ex pluribus quos apostolos nominavit
quod matheus pretermisit tunc
illum habuisse sermonem quod matheus interposuit
et lucas tacuit hoc est

in monte. Ac deinde cum descendisset de loco tam supereminenti huius post alterum similem de quo intelligitur lucas non tacet et utrumque sermonem eodem modo esse conclusum quod et illud possit occurrere in aliquam excelsiorem parte montis primo cum solis discipulis dominum fuisse qui ex eis illos xii elegit deinde cum eis descendisse non de monte sed de ipsa montis celsitudine in campestrem locum i. in aliquam equalitatem que in latere montis erat et multas turbas capere non poterat atque ibi stetisse donec ad eum turbe congregarentur ac postea cum sedisset accessisse propinquius discipulos eius atque ita illis ceteris turbis presentibus unum habuisse sermonem quem mattheus lucasque narrarunt diuerso narrandi modo sed eadem ueritate rerum et sententiarum. Mistice autem sessio domini incarnatio eius est quia nisi deus incarnatus esset humanum genus accedere ad eum non potuisset. Accesserunt autem discipuli non tam loco sed etiam fide et deuotione ut susciperent pacem pro loco suo. Nisi enim illi accessissent sententias ad nos non ueniret. Et aperiens os suum docebat eos. Possum dicere hoc. Quod ait dicit

docebat eos per auctoritatem doctrine diuina ondit naturam quam humana ipse suscipere dignata est forma per quam doceret. Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum. Ne quis autem putaret paupertatem que non numquam necessitate patitur a domino predicari. Adiungit spiritu ut humilitatem intelligeres non penuriam. Beati pauperes spiritu qui per spiritum sanctum uoluntate sunt pauperes. Unde super humiliter pauperibus et saluator per ysaiam loquitur. Dominus unxit me propter quod euangelizare pauperibus misit me. Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram non terram iudee nec terram istius mundi uel terram maledictam spinas et tribulos afferentem quam crudelissimus quisque et bellator magis possidet sed terram quam psalmista desiderat dicens. Credo uidere bona domini in terra uiuencium. Huius terre possessor et post uictoriam triumphator et in hominum psalmo describitur. Et intende prospere procede ad regnum propter ueritatem et mansuetudinem et iusticiam. Nemo ergo eum istam terram per mansuetudinem sed per proprium possidet. Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Luctus hic non mortuorum ponitur qui lege nature sed peccatis et uiciis mortuorum. Sic fleuit samuel saule quem penituerit dominum quod unxisset

cum rege sup[er]ist[ite]. Sic [et] paulus
ap[osto]lus flere et lugere se dicit eos
qui post fornicationem [et] i[m]mu[n]
dicia[m] no[n] egerunt penite[n]ciam. No
tandu[m] aute[m] quod iiij[or] modis
sit planctus s[an]ctor[um] quia p[ro]ori[bus]
pecc[at]a deplorat cu[m] i[n] infirmo cade
tes plangu[n]t cu[m] i[n] p[ro]ficie[n]tis vinc
tes lugent cum p[ro] desiderio regni
celestis ad modum [ex]ules fiunt.
Et iiij[or] sp[eci]es lacrimaru[m] na[m] c[ontra]t[ra]
Sunt quide[m] lacrime nature ly[m]
phe ut abluant sordes p[e]cc[at]or[um] et
restituat p[er]ditu[m] baptismu[m].
Sunt salse [et] amare ut restringat
carnis fluxu[m] [et] temperet dulce
dine voluptatu[m]. Sunt calide et
p[re]valeat co[n]t[ra] i[n]fidelitatis frigus.
Sunt pure ut a p[ri]stinis erroib[us]
immu[n]dicos i[n] puri[tat]e co[n]stituat co
ru[m] operatione. Hi [er]go p[ro] a[m]missis carnis se
p[ro]pinis fiant ut nos ad monerat
q[ui]s amissa bona op[er]a repare[mus]
et ad deste[s]tan[dum] a nobis p[ro]pt[er] p[re]vari
catione paradysi p[er]petua[m] p[re]mia [et]
toru[m] dei custodia redeamus.
Semp[er] e[ni]m luctus int[er] duas leti
cias co[n]sistit s[cilicet] int[er] mu[n]di prece
dente[m] [et] celest[is] regni subseque[n]te[m].
Et beatus cu[m] t[em]p[or]alis leticia et[er]
nam p[ro]ruet leticia. B[ea]ti q[ui] esu
riu[n]t [et] sitiu[n]t iusticia[m] q[uonia]m ip[s]i sa
turabu[n]tur. No[n] nobis sufficit
velle iusticia[m] n[is]i iusticie paci
amur fame ut s[ecundu]m hoc ex[empl]o inq[ui]
nos satis iustos s[ed] semp[er] sitire
iusticie op[er]a intelligamus.
B[ea]ti misericordes q[uonia]m ip[s]i misericordiam
co[n]sequentur. Misericordiam [er]go no[n] solu[m]
i[n] elemosinis i[n]telligi s[ed] i[n] omni
pecc[at]o fr[atr]is sp[irit]ualibus o[n]era ut
mu[tu]a portem[us] s[ed] iustu[m] dicam[us]
s[ed] erra[n]tem corrigamus. Misericordia
e[ni]m no[n] solu[m] in donis corporalib[us]
s[ed] i[n] sp[irit]ualib[us] s[er]va[n]dis expendi[tur]
est quibus hoc misericordi i[n]
dice rependitur q[uo]d ip[s]i de m[i]
s[er]ia liberentur. B[ea]ti mu[n]do
corde q[uonia]m ip[s]i deu[m] videbunt.
Mu[n]di cordis sunt quos non
arguit ulla co[n]s[cient]ia pecc[at]i. Ma
nifestus mu[n]do corde co[n]spicit
et templu[m] dei no[n] pot[est] esse
pollutu[m]. De[u]m e[ni]m mu[n]di cor
des videt hic p[er] speculum i[n] enig
mate in futuro ante facie[m] a[d]
facie[m] quia tunc cognosce[n]t
sicut et cogniti erunt. B[ea]ti
pacifici q[uonia]m filii dei vocabu[n]tur.
Pacifici [er]go illi rite vocantur
qui p[ri]mum i[n] corde suo deinde
int[er] fr[atr]es dissedentes pacem
faciunt. Quid e[ni]m p[ro]dest p[er]
alios placari i[n]t[er]ius a[n]i[m]o sunt
bella vicior[um]. B[ea]ti qui p[er]secu
tione[m] paciu[n]t[ur] p[ro]pt[er] iusticia[m] q[uonia]m
ip[s]or[um] est regnu[m] celor[um]. Sig[nifi]
nanter addit p[ro]pt[er] iusticia[m] mul
ti e[ni]m p[ro]pt[er] sua pecc[at]a paciu[n]t[ur]

persecutionem et non sunt iusti. Si-
militer considera quod circa vere
dictionis beatitudo in nono tractat.
Beati estis cum vos maledixerint
homines et dixerint omne malum
adversum vos mentientes propter
me. Et ideo apostropham facit
ad eos quibus principaliter locu-
tus est predicens eis persecutiones
suas pro nomine eius passuri
erant quia dignitatem eorum beo-
rum eis intimare volebat.
Sal terre et lux mundi illos ap-
pellas sit vestibus humilitate
repletis consolacionem pareret
Beati estis inquit cum vos oderint
et persecuti vos fuerint homines
et dixerint omne malum adver-
sum vos mentientes. Aliud ma-
ledictum contemptum est quod beati-
tudine tractat quod sancto maledicen-
tibus est perfertur. Unde specialiter
diffinitur quod est beatum maledicto
omne dicens malum adversum
vos mentientes propter me. Ubi
pro propriis in ira est ibi optanda
maledicto. Gaudete et exulta-
te quoniam merces vestra copiosa est
in celis. Questio quis hoc nunc
possit implere. Sit laceretur
opprobriis fama mea et nos ex-
ultemus in domino hoc qui vana
sectatur gloriam implere non
potest. Gaude igitur et exultare

debemus ut merces nobis in celesti-
bus appareret. Exigant in quodam
volumine scriptum legimus Ne
grates gloriam et non dolebis cum in-
gloriosus fueris. Amen. Sequitur
Sermo beati Johannis ewangeliste

Qui sanctorum merita gloriosa
festivitate imitatur quoniam in
sanctorum gloriis sanctorum laude col-
legerit eorum mores sanctos atque insti-
tuta imitemur quia qui delectantur festi-
vitatibus alicuius martiri delectare debet pariter
cultum dei obsequium. Quare autem
imitari debet si laudat quod laudare
non debet si imitari detractat. Sic
qui alium laudat se laudabilem
reddat et qui sanctorum vita amatur
mirabilis ipse in te sanctitate reddatur.
Nam si propterea in sanctos fidelesque dili-
gimus quod in ipsis iusticiam fide-
que suscepimus possimus nos quoque
esse quod sunt si faciamus ipsi quod
faciunt. Neque enim difficile est nobis
quod ab ipsis geritur imitari cum
sine precedenti exemplo ab antiquis
talia gesta conspicimus ut non
ipsi aliorum emuli redderentur sed
emulande virtutis se ipsos nobis
preberent exemplum. Ut dum nos
ex ipsis et ex nobis alii proficiunt sic
Christus in suis semper ecclesia sancta
laudetur. Unde ab origine mundi in-
nocens Abel occiditur. Enoch
deo placens transfertur iustus. Noe

inuenitur Abraham fidelis probatur
Moyses mansuetus demonstratur ihe-
sus castus dauid lenis helyas accep-
tus daniel sanctus tres pueri victo-
res redduntur apostoli discipuli christi
coronam habent integri. Quibus
eruditi confessores fortissimi pug-
nant martires passi triumphant christia-
ni semper exercitus christi. Deo armata
debellat. In istis semper pares vir-
tutes dissimiles pugne gloriose
victorie. Vnde tu per neminem delicatus es
miles si putas te posse sine pug-
na vincere sine certamine triumpha-
re. Exere vires fortitudine di-
mica certa in prelio isto contra con-
fidentiam pactum. Condicionem attende
milicia nostre pactum quod spopondisti
condicionem qua excessisti milicia
cui nomen dedisti. Hoc enim pacto
quo martires cuncti pugnauerunt
hac condicione vniuersi vicerunt
hac milicia triumpharunt. Denique
considera presente deo te contra dyabolum
hoste pugnare. Stanet ille. Vt
vanitas stanet dominus ut obtineas
Cum pugnas adest tu dimicas
presens est. Tu enim virtute deus
presencia concipis contrarium inimico de-
bilitatis attendit. Tu erigeris
in virtute hostis incidit in debili-
tate. Tibi arma diuinitus minis-
trantur illi malicie tela franguntur.
Tibi conspectus dei virium adhibet
in tenebra hosti presens maiestas adi-
mit nocendi venena. Tibi an-
geli plaudunt. Illi formidinem
adhibent. Tibi fortitudo tri-
buitur illius malicia in fine
Quibus tu foueris ille comprimi-
tur. Quibus tu erigeris ille pro-
sternitur. In tua pugna deus pro-
ceditur deus dimicat deus pu-
gnat victoriam tibi ascribit. Cer-
tamen tuum certamen dei est pu-
gna tua pugna christi est. Quid trepi-
das. Quid formidas quasi so-
lus tu tibi virtute dimicas. Prende
arma procede in bellum fortiter
dimica. Et dimicandi assit in
qui vinci non nouit. Ideo pot
imperatore pulcerrimi qui hoste
a se noluit separari esto potius
regi esse acceptus qui hos-
tem fuit lenocinatus. Nec enim ho-
stem poterit vincere nisi spirita-
liter voluit dimicare. Victoria
militis perempcio est hostis
perempcio hostis gloria est
imperatoris. Denique in certamine
pro anno aut superstes miles pro-
strato hoste victus de prelio re-
dit aut hostem vitans mori
ad deuincit. Felix enim vi-
cit qui post victoriam vinci
non nouit. Feliciter vincit
et dyabolum et mundum post victo-
riam delinquit. Feliciter vincit
qui perficit certes. Quamdo dya-

[...]ue in p̄nti devicat in sc̄o cum
[...]no iudicabit Alios eni post
[...]um ttaine ad alias palmas
[...]ns s̄uat Alios co s̄uuato mar
[...]rio iam co̅nat Alios victores
[...]etinet in ex^m alios iā p̄fectos
[...]ūsmittit ad celū Alios s̄ape
[...]desiderat videre ttantes alios
[...]assione iam nitos i ponit
[...]egnis celestibus triumphates
[...]t imp̄atoris xp̄i ab omnibus
[...]rgulatio collaudet̄ qui istius
[...]t semel ꝛ s̄aepter hoste devicit
[...]que modo pugnac̄ viderit
[...]unerabit Cantu tota hos
[...]em excitetur animus ex ratione
[...]stus devoto s̄pareretur Ut p̄ce
[...]ens ad bellum Vel p̄mo p̄lio
[...]onet̄ vel s̄aeptibus trophais
[...]almarꝫ nūo honoretur Sic
[...]nuitavit quos dilige̅ xp̄e nunc
[...]fuesti sic p̄bati sūt quos s̄ep
[...]masti Denique tres pueri ī cal
[...]ea babiloī regis dum trotres
[...]espiciunt formidines calcant
[...]mnas ꝯtempnut Sic eunde re
[...]em cū suis ignibꝰ devicerit
[...]aniel quoque cultor dei ama
[...]or iusticie veritatis defensor
[...]ū in defendo deo regi s edit
[...]a ꝯtempnit Sic leonum rabie
[...]uit ꝛ de iuuicorꝫ iteritu ex
[...]ltauit Petrus ꝛ Iohēs apl̄i
[...]dorādo deū hora nona s̄alo

monis templū ascendunt claū
dum curat virtute faciunt quinque
milia homī p̄dicādo acquirūt
Unius carnalis multitudinis salus effi
citur Unius cum curat̄ ꝛ multi sal
uātur Unū membri vicium ī hōie
Unius corrigit̄ ꝫ plurimorꝫ utili
tas op̄ante dūo repat Unius de
bilitas curat̄ ꝫ multorꝫ salus
acquiritur Reparato s̄anitas reddit̄
ꝫ p̄nitas inobdurātis corrigit̄
Ascendunt apl̄i dum deprecāri ꝫ p
tes claudi nō poterant aspirari
p̄ueniuntur p̄cibus Precibus p̄ces
rogante claudū rogatum ante
audiunt q̄ p̄centur nec p̄mittit
claudus orāc̄ illos quos petit
nisi p̄us ipe accipet quod optauit
Ut ante abeis q̄ volunt impetrꝫ
q̄ ipi a dūo qd̄ volebat ꝯpetē
O gloriosū aplorꝫ mitū qui cū
in templo operatur q̄ ipi dum
dep̄cent̄ Ante virtus ondit quā
oracio ad dum p̄uiciat̄ Effecti
p̄ces p̄ueniunt virtutes desideria
nec exs̄pectatur Ut votū ad dum
p̄uittat̄ ꝙ dus ipe iā efficiat
q̄ rogetur Iñ tātū claudus nō
petit ꝛ aliud accipit ꝛ nō postu
lat et nō impetrat nō opꝰ accipe
ꝛ a dūo meruit impetrare pos
tulat etiam elemosiām accipit curā
petit aē ad victū accipe ꝛ integrꝫ

corporis meruit reparare. Ex petis
mihi petrus non habeo sed illud dabo
quod ex gracia xpi redimendo. Argentum
quidem et aurum non est michi quod
autem habeo hoc tibi do. In nomine
domini nostri ihesu xpi surge et ambula
sanus. Sanctissimus petrus nichil
sibi de suo nichil de ope nisi de vir
tute ascribit sed totum illi assignat
per quem meruit quod implevit. Denique
certa ut dixi unius claudi negocium
geritur multitudini. Unus sanus ef
ficitur et plurimorum utilitati consulitur
Adeo mirantur cuncti virtute stupe
factum honorant deum quique mi
lia hominum credunt in xpm ut et
claudi desiderium et apostolorum nutum
et benignitas xpi in multorum salute
prebaretur exemplum. Amen.

Memoria sancti Michaelis ar-

In illo t[empore]. Accesserunt changeli

runt discipuli ad ihesum dicentes
Quis putas maior est in
regno celorum. Et advocans ihesus p
arvulum statuit eum in medio eorum

Omelia lectionis eiusdem beati

Si dili[genter] Maximi episcopi

genter audistis ex evangelii
lectionem intelligere potestis
que ministris ac sacerdotibus dei
reverencia debeatur vel qua nos
celsitudinem humiliter se opteat
pervenire. Ait enim percunctantibus dis
cipulis quis eorum in regno celorum esset
futurus statuto coram omnibus parvulo

quicunque humiliaverit se sicut parvu
lus iste hic maior erit in regno
celorum. Unde intelligimus quod humili
tate pervenitur ad regnum simplici
tate penetratur celum. Quisquis ergo digni
tatis tenere fastigia humiliter
yma sectetur. Quicunque vult sic
pervenire regna domino prius illi pre
miat obsequia. Sicut ait apostolus
honore invicem prevenientes invicem
cum officiis. Ut possit vincere sa
Si enim te nolle sit frater obsequium
nectur ut diligas. Et si forsi
lesit maius obsequium nectur
Ut vincas sed cum in caritate
sima est ut amantibus vicis
situdine ledentibus paciencia resp
deamus. Qui in ergo sint parati
ad iniuria potencior constituetur
in regno non enim ad imperium
celorum pervenitur superbia dominatur
prefectura sed humilitate paupertatis
lenitate. Arta enim et angusta
via est que ducit ad regnum quo
modo honoribus inflatus sive ra
ri thezauris dilatatus qui omni
in impeditum onere parvum et angustum
regni iter ingredi non poterit
etiam ut se estimat pervenisse
tum eius exiguo porta non
pies repulsam sine retro
redire cogetur. Tam enim angus
ta est diviti porta celestis
est camelo acus foramen

originem. Unde ait dominus: Facilius est
camelum per foramen acus transire quam
divitem intrare in regnum celorum. Sic
enim camelus male tortuosum
atque difforme exiguam tamen cavernam
penetrare non patitur. Ita divi-
tem avarum atque inordinate arta
celi ianua minime intrare permittit.
Ideo nudi in seculo nascimur
nudi etiam accedimus ad sanctum
ut nudi et expediti ad celi
ianuam perveniamus quam intrare in reg-
num rabi sive ubi est. Ut quam nudum
terra genuit nudum suscipiat terra
iuvenes intrare velit in celum. Propterea
adolescenti illi diviti coram
salvatore dicitur: Cum sibi in istis
adhibuit vestibus omnia mandata
legis [illegible] complesse: Si vis per-
fectus esse, vende omnia tua et da
pauperibus. Videtur adeo non nudi-
tas apta celo est. Ut quamvis
aliquis divitias possideat
non possit esse perfectus. Talem enim
obiit adolescentem illum dominus ad
paradysum redire qualis adam
fuit de paradysi sinuitate (?) deiec-
tus. Nudus enim adam incola pa-
radysi fuit. Denique post peccatum nu-
ditatem suam videns foliis puden-
da texit. Prius non quam peccaret
honestatis erat totus vestitus atque
ideo nuditate inhonesta non
natura instituit sed delicti vit-

tus invenit. Nam isti angeli in
splendidissimo lumine constituti nu-
dis (?) tunicas operiuntur et pallis circum-
cilliis natum, sicut sunt mundi sba (?)
vestiti videntur esse quod sunt.
Sic igitur eadem custodies honesta-
tem dignitatis angelice erat idem
nudus nullis tamen vestibus sed immor-
talitatis erat splendore vestitus.
Nichil prius respiciebat eius oculi,
non cor eius turpe aliquid cogitabat.
Erat apud honestius mentes nudi-
tas ipsa vestita. Sicut enim apud
nequam homines turpis cogitatio aconi-
piscentia vestibus non caret. Ita
apud sanctos viros honesta simplici-
tas ad concupiscendum nuditate non
utitur. Sed sicut virorum ad corrup-
telam nudi sunt omnia. Ita religio-
sis ad castimoniam apta sunt universa.
Unde ait beatus Chrysostomus super Lectio: Qui
scandalizaverit unum de pusillis istis
qui in me credunt expedit ei ut
suspendatur mola asinaria in collo
eius et mergatur in profundum maris.
Pusillos hic non etate parvos sed
malicia parvulos dicit. Sic inquit
Apostolus: Malicia parvuli estote et
sensibus perfecti sitis. Qui sunt isti nisi
clerici, presbiteri et monachi, religiosi
vel layci. Qui scandalisare igitur istos inve-
neris a communione sua ex iudicio
hac bellua pena plectere. Ut i

fornu saxo religato illi ad collum precipitetur in mare. Sed videamus tur scandalizantibus parvos ista pena decreta sit. Aut quid sibi velit ista sententia. Puto enim illam aliquod misterium continere. Quasi vero non sufficeret in mare homini demergendo saxum qualecumque magnum vel enorme sed mole asinarie lapis ei religetur ad collum ut cum pistrino homine pereat res usui necessaria. Sed puto hoc magis esse quod in scripturis asini figura populus gentilium mancupatur qui clausis oculis circa ignorantie molam erroris sui gyro perpetuo et sine ulla cursus directione vestigiis in sese pereuntibus et intus usui laborat alieno. Bone enim tibi videtur mola asinaria volvere gentilis populus quod dum ipse ac sue labore versatur nature quidem vinculis alligatus. Sed verbum dei molat dum celi quereret sed opte mentis cecitate suffusus nullum animi erigere ad deum cordis oculos levare non possit ad celum. Sed qui mola asinaria Christum esse constat videamus si et paganorum talis est mola. Talis est plane. Circa enim mola est paganorum Iupiter Herculis qui lapidens ita quos cecis oculis suscepti circumducit. Cecos inquam dixerim quorum

oculos qui putat se videre quod non videant. Aspicientes enim saxum deum se videre confidunt. Et tam qui[...] mola volvunt consummandi aliud fin[...] operis habet quo eundi spem nec [...] laboris. Qui vero mola asinari[a] ad collum suspenditur portat lap[i]dem quem portare debuerat ingen[...]dum. Iustinus quod ad mola cecu[...] ad lapidem gentilis confugit qu[...] adorat enim quod non videt non agnosc[it]. Deus enim non in manu factis habita[t] nec in metallo vel saxo cognosci[tur]. Hic quoque gentilis populus cum persecutio[nem] Christo intulerit hac pena ple[c]tetur. Sit enim sicut privilegii m[...] iudicia dei scelerum fluctibus demerg[...]

Item. Eodem die lecti[o]

In illo tempore. Accesserunt a[d] Ihesum discipuli dicentes. Quis putas maior est in regno celo[rum].

Omelia lectionis eiusdem beati [...]

Sepius scriptum **Hanis ep[...]** tum est quod dixit dominus Petro vade ad mare et mitte hamum et eum piscem qui primum a[scen]derit tolle et aperto ore eius invenies staterem illum sumens da eis pro me et te. Habet enim occasione arbitrati sunt omnibus apostolis Petrum esse prelatum qui in reddito tributo domino fuerat comparatus. Et interrogant quis maior esset in regno celorum. Videns Ihesus cogitationes eorum et causas erroris

intelligens volt desiderium glorie
humilitatis contentione sanare
et advocans puerum statuit
eum in medio eorum. Vel simpliciter
quilibet puerum ut etate quietem
et similitudine innocentie demon-
straret. Vel etiam puerum statuit
in medio eorum se ipsum qui non
ministrari venerat sed ministrare
ut eis humilitatis exemplum
illum puerum intelligant spiritum sanctum
que posuit in cordibus dis-
cipulorum ut superbia humilitate
imitaret. Amen dico vobis
nisi conversi fueritis et efficiamini
sicut parvuli non intrabitis in regnum
celorum. Non precipit apostolis ut e-
tatem habeant parvulorum sed inno-
centiam ut illi per annos possi-
dent hii possident per industriam
ut malicia non sapientia parvuli fuit.
Quicumque humiliaverit se sicut
parvulus iste hic est maior in
regno celorum. Sicut iste par-
vus cuius vobis exemplum ter-
ino non perseverat in iratum
iam non lesus meminit non vi-
dens pulchram mulierem delecta-
tur non aliud cogitat et aliud
loquitur. Sic vos nisi talem ha-
bueritis ~~dignitas~~ innocentiam et
animi puritatem regnum celorum non
poteritis intrare. Sive aliter. Qui-

cumque humiliaverit se sicut parvulus
iste hic est maior in regno celorum
qui imitatus me fuerit ipse in regno
mei humiliavit. Ut tantum se deiciat
quantum me ego dieci forma sum
discipulis hic intrabit in regnum ce-
lorum. Et qui susceperit unum par-
vulum talem in nomine meo me susce-
pit qui tales fuit ut Christi imitatione
humilitate et innocentia ideo Christus
suscipit. Et providentur temperat ne si-
cut cum delatum fuit apostolis fasti-
gium honoris ne se putant hono-
ratos adiecit non illos suo meri-
to sed magistri honore suscipiendos.
Qui autem scandalizaverit unum
de pusillis istis qui in me credunt.
Nota quod qui scandalizatur parvulus
est maiores enim scandala non
recipiunt. Nota sane quod in modo
bono opere alii timendum est
scandalum proximi alii vero
pronichilo contempnendum. In
quantum enim sine peccato possumus vitare
proximorum scandalum debemus. Si
autem de veritate scandalum fuit
utilius permittit scandalum nasci
quam veritas relinquatur. Expe-
dit ei ut suspendatur mola asina-
ria in collo eius et demergatur in pro-
fundum maris. Secundum ritum provincie
loquitur quod maiorum criminum ista
apud veteres iudeos pena fuit

ut in profundum ligato saxo demer
gitur. Expedit autem ei, quia
in isto melius est per culpam breuem re
cipere penam quam eternis seruari cruciat
tibus. Non enim iudicabit deus bis
in idipsum. Per molam asinariam
secularis vite circuitus ac labor
exprimitur. Per profundum maris extrema
dampnacio designatur. Qui igitur ad
sanctitatis speciem deductus vel verbo
ceteros destruit vel exemplo, melius pro
fecto erat ut hunc ad mortem
sub exteriori habitu terrena acta con
stringerent quam sacra officia in culpa
ceteris imitabilem demonstrarent,
quia nimirum si solus caderet, ut
cumque hunc tolerabilior inferni
pena cruciaret. Ve mundo a scan
dalis. Necesse est enim ut veni
ant scandala. Verumtamen ve ho
mini per quem scandalum venit. Ita
quomodo necesse sit venire scandala, alio
quin absque culpa esset qui scan
dalum facit. Sed cum necesse sit in
isto mundo fieri scandala, unusquisque
quod suo vicio scandalis patet.
Sed multiplex per generalem sententiam parti
cularis quod predictum est comprehendit.
Si autem manus tua vel pes tu
us scandalizat te, abscide eum
et proice abs te. Bonum est tibi ad
vitam ingredi debilem vel claudum
quam duas manus vel duos pedes
habentem mitti in ignem eternum. Et si
oculus tuus scandalizet te, erue

eum et proice abs te. Bonum tibi est
uno oculo ad vitam ingredi quam
duos oculos habere et mitti in gehen
nam ignis. Quia supra docuit
ne scandalizemus eos qui credunt in
eum, nunc consequenter ammonet
quantum cauere debemus eos qui scanda
lizare nos, id est, verbo vel exemplo suo ad
ruinam peccati pellere temptant. Manum
quippe nostram appellat necessarium
amicum cuius ope atque auxilio
cottidiano opus habemus. Sed
talis si nos ledere in causa anime
voluerit, excludendus est a nostra
societate, ne si cum perdito in hac
vita habere volumus partem, simul
in futuro cum illo pereamus. In pe
de sicut in manu ceteros tenen
dabiles docet aliena dona au
ne promittendum corum quos cu
gare nequimus et qui polluti
pereamus. Sed manus ipse opus
nostrum, pes se dicti ceteros ipse
nostrum distorsit, quia in nostris
usibus accomodas. In oculo
quoque ipse scandalum crucendo, id est, in
ternalis amici spiritualis nostro
usum designat. Sed cum nos
corum consultu ac prouisione
habemus illi vero consilio
suo decipere atque taliter errore
deflectere querunt perditionis
ob mittenda est corum societas.
Scandalum quippe sermo grecus

quo d nos offendiculum vel ruina
et impactionem pedis dicere possu
mus. Quidam scandalum quasi la
pidis scrupulum dicunt. Ille ergo
scandalizat fratrem qui ei dicto sive
facto non recto occasionem ruine
prebet. Potest et simpliciter dici si
quis ita carus nobis esse vi
deatur ut manus pes oculus utilis
atque sollicitus, carnaliter ad
inspiciendum scandalum accidit nobis
facit et per dissonantiam morum
nos trahit in iehennam necesse
est eundem temporalibus eius commo
dis cum periculo animarum nostrarum uti
sit ac respuere debemus. Vide
te ne contempnatis unum ex
his pusillis. Quantum in nobis
est nolite contempnere sed prout
valuite etiam illorum quietem saluti
cavete. Dico autem vobis quia angeli
eorum in celis semper vident fa
ciem patris mei qui in celis est.
Magna dignitas animarum ut una
quaeque habeat ab ortu nativitatis
in custodiam sui angelum delega
tum. Unde legimus in apocalipsi Johannis
angelo ephesi thyatire et an
gelo philadelphie et angelis in
aliarum ecclesiarum scribe. Hec apostolus
preceptum velati capita feminarum
propter angelos. Felix est
ille qui dei mandatis obediens
mereretur hec hic sanctorum angelorum
presenciam et ad introitum oppor
tunum quod aliter hic non potuit
nisi per sedem vitam et spem bona
cum observantia vere caritatis confidens
in dominum ihesum christum. Ut per eius gratiam
hic habeat plenam custodiam et in futura
vita regnum percipiat sempiternum.

Lectio libri apocalipsis beati Johannis

Significavit apostoli
deus que oportet fieri cito
loquens per angelum suum servo suo Jo
hanni etcetera. Omelia Haymo
nis de eadem lectione etcetera.

Hoc loco significavit non
ponsione sed a signo positum
intelligere debemus et hoc
esse dictum significavit quod est sigil
lavit. Signum enim dicitur sigil
lum quo in loco questio oritur cur
hoc dicat cum in sequentibus in
veniamus dictum Johanni ab angelo
Ne signaveris verba libri huius
Sed sciendum quia sacra scriptura in impiis
signo clauditur fidelibus autem aperitur
cum enim ipsi fideles sunt sed
ipsi sunt relatores dominice sed
sub sigillo claudant sed dicendo
significavit et fidelibus spirituali
operatio dictum aperuit. Unde et da
nieli dicitur. Vade quia clausi sigil
li sunt sermones usque ad prefinitum
tempus que oportet fieri cito. In his
verbis duo comprehendimus ut eo

salis que finienda sunt cito accipiant
terminum vel que inchoanda sunt
cito sumant inicium. Ista tamen
nequaquam fine accepturi sunt
unde nec metuenda sunt tormenta que
transeunt sed ea metuenda que nec tm
perveniunt nec gaudia fugitiva
sicut appetenda sed magis statum per
maneant cito idem impuni tempore
Omne enim tempus presentis vite comparatum
eternitati quam vivimus hoc prossimum
est momentum unde et Johannes in epistola
sua dicit de hoc longissimo tempore
filioli novissima hora est. Revelat
ergo xpus iohanni ideo eternitati sue ea
que cito transeunt vel que cito ad
veniunt ut dum se temporali aut
affligi vel prosperari cogitet brevitate
istius temporis et qua velocitate transeunt
gaudia et tribulaciones cum tempore et qua
velocitate appropinquet eidem sine fine
mansura et per hoc neque malorum
prosperitatibus invideat sed potius
in suis adversitatibus gaudeat
mittens per angelum suum servo suo
Johanni. Iste angelus in figura xpi
apparuit beato iohanni quia cum patre
et spiritu sancto unus deus omnia re
velans utique illum angelum
replevit atque in illius corde
habitans per eum locutus est iohanni
Iste autem Johannes figuram ecclesie te
net sicut in scripturis invenimus
cui xpus sicut dictum est non in

sua natura sed per angelum apparuit
Dicit olim fecit patribus. Et
placuerunt nunc faciat xpianis. Quod vere
visus erat ab hominibus quam diu
oportuit donec xl die ascen
dit in celum non deinceps per eam
substanciam quam suscepit a nobis
apparere voluit unde non corporaliter
eius presenciam debemus requirere
sed pocius eum esse ubique in divina
maiestate. Totus itaque filius
dei per divinitatem erat in angelo
totus cum patre et spiritu sancto cum sic
bat in celo quod nulli possent
terminare nisi illi in carne sim
plici ut que tota in celis
pitur totum in terris totum sub lo
in locis tota sine parte repi
tentibus. Unde est et m
nisi post incarnacionem ange
apparens similis filio homini
dicitur sicut in scripturibus i
venimus cum etiam angeli qui m
ante adventum eius sanctis pa
tribus apparuit ut testatur
Unde in loco dicto beatus Ambr
Credi etiam potest beato pa
apostolo dominum post suam ascen
non in sui natura apparuisse
sed potius per angelum talem
ea forma in qua recognosci
ab hominibus solet quod sic
etiam probari potest quia beatus pa

No

mp con sus in sua tunc esset ta
ndiu cum sepius esset ut pontibus
dilecto dilecto discipulo sibique ab
adolescencia dicato non p angelum
sed per incarnacionem apparuit. Quod
dicit mittens per angelum suum servo
suo Johanni more sacre scripture
tenet qui in suis dictis sic de
se quasi de alio loquitur. Unde
fuit vir erat inter hos nomine
Job et usque recedens a malo
et erat moyses vir mitissimus
super omnes qui morabantur
in terra. Et idem Johannes sepe
euangelio ait. hic est discipulus
ille quem diligebat ihesus qui
testimonium perhibuit verbo dei et
testimonium ihesu christo perhibuit testi
monium verbo dei iohannes cum
dixit in principio erat verbum et
omnia per ipsum facta sunt. et erat lux
vera que illuminat omnem hominem et que
eo de loco de divinitate ubi
requievit perhibuit testimonium ihesu
christo tunc dixit et verbum caro
factum est et habitavit in nobis
Quod tamen dividimus per se
non ista dicimus set utriusque of
cendimus naturam. Quod vero ait
in hiis quecunque vidit subin
telligendum est quecunque de incar
nato dei verbo sive in divinitate
sive in humanitate cognovit. Aliud vero

vidit oculis corporis atque aliud
oculis mentis. Oculis cordis videt
divinitatem oculis corporis humanitatem
Vidit enim ante omnia secula a patre
genitum cum patre omnia fecisse
vidit in fine temporum natum pro homi
nibus una salute. deinde passum
a iusto homine sepultum et a mortu
is resuscitatum atque in dextera pa
tris sublevatum deinde ad iu
dicium venturum vidit itaque hec
omnia et testimonium perhibuit et
scimus quia verum est testimonium
eius. Quod vero fecit Johannes
hoc facit cottidie eciam ecclesia cuius
membrum ille fuit et cuius figura
habet apostolus vidit et a cuius ore
testimonium illius non recedit
quia indesinenter doctrinis il
lius insistit. Beatus qui legit
et audit verba prophetie huius et
servat ea que in ea scripta sunt
tempus enim prope est. In hiis verbis
duorum persone comprehenduntur
doctorum videlicet qui legunt et
aliis exponunt et auditorum qui
audiunt et retinent et opere per
ficiunt ea que in ea scripta sunt
licet enim hic liber multa ha
beat in se profunda misteria
tamen multa sunt ibi eciam que
ad litteram custodita magna uti
litatem et salutem suis prestat obser

natoribus. Servat autem ea que
in ea scripta sunt qui fide et recte
non violat qui cavet prohibita et
implent iussa metuunt commina
ta supplicia amat promissa ce
lestia. Hinc autem liquido colligi
tur quante sit auctoritatis quanteque ex
cellentie cum inter omnes libros no
vi testamenti hic solus prophetia
nominatur quam qui observaverit
beatus esse perhibetur. Ad quod subiu
ngitur. Tempus enim prope est iudicii
scilicet quo redditurus est unicuique
secundum opera sua. Ut si dicat felix est
qui fidei sacramentis imbutus et
que in ea iubetur custodit et
que prohibetur non perficit quia
retributionis tempus non longas
moras incurrit retributionis
dies quodammodo in ianuis consistit.
Iohannes septem ecclesiis que sunt in
Asia. Asie due sunt maior scilicet
et minor. Asia minor in partem
venit beati Iohannis in qua sunt
septem civitates metropolitane quarum
caput est Ephesus. Sed cum
maior minori iungitur pene me
dietatem mundi occupat. Huic
tante regioni deus omnipotens
per suam gratiam preposuit predicatorem
beatum Iohannem unde specialiter ecclesiis
Asie sua dirigit prophetiam unde
quod loquitur septem ecclesiis Asie in

quia omni ecclesie dicit que univer
sitas septenario numero comprehendit
quo sepe solet universitas de
signari iuxta illud Septies in
die laudem dixi tibi vel propter univer
sitatem donorum que percepit a spiritu sancto
qui cum unus sit spiritus replevit
orbem terrarum id est universa ecclesia.
Dicitur etiam septiformis quia apparuit
super dominum requievisse propter mul
tiplicia sua dona que prestat
fidelibus. Una itaque est ecclesia
sicut est spiritus. Unde et catholica
quod est dicitur id est universalis.
Sed septiformi spiritu univer
sa est repleta. Unde et in Zacharia
legimus candelabrum totum au
reum habens super se vii infusoria
et vii lucernas que etiam septi
formis ecclesia Christo coniungitur.
Ysayas concordat dicens
Apprehendent vii mulieres virum
in die illa dicentes panem nostrum
comedemus corpus scilicet tuum
a deo datum manducabimus
vestimentis virtutum ornabimur
tantummodo invocetur nomen tuum super
nos aufer obprobrium nostrum
sis vir ut ne impetus diaboli
nobis inducat quod non habeamus vi
rum. Et Salomon dicit quod sapientia
edificavit sibi columpnas septem
columpnas vii excidit ut de
fecit quod ab amore pravitatis
dura corda gentium septiformi

spu implendu separauit atque ad
fortitudine celestis virtutis c
sistim euexit. Recte etiam hoc numero
septenario qui constat ex tribus
et iiii^or etiam comprehenditur
quia in iiii^or mundi partes dispersa
in conuersa mente et fide obser
uat sancte trinitatis fidem. Cuius
numeri misterium etiam vnius homo
in se continet qui utique membrorum
est huius ecclesie dum ex quatuor con
stat humoribus iiii^or pollet vir
tutibus et diligit deum ex toto
corde suo et ex tota anima sua
et ex toto voluntate sua. Nam
viribus spiritualibus et iiii^or corporalibus vi
get sub dilectione autem dei tribus
qualitatibus spiritualibus excitatur ipse
vero corporalis conmatium calidi
frigidi et sicci conponitur. Aspici
unt spiritalis elatio. Elatio autem
in bona parte ponitur et in ma
lam nec semper pro vicio ponitur
aliquando culmina virtutum designat
in bono ponitur ut illud ysaie
pona te in superbia seculorum sus
tolla te super altitudine terre
altitudines terre sunt diuinae
honores dignitates. Super
has altitudines deus conpo
posuit petrum et paulum et ce
teros qui summi fundatores ecclesie
exterunt. Ita sicut cum monte
...mis consedit eo paulisper ceteri
subiacentia despicit quo ad

alterum plus gressus tendit. Ita
qui interdum sigre mitit in summis
ea terrena amplius eleuatur ad
celestia et quod plus in ymo ponitur
semper se ascendit post confiteri dos
psiaces super se esse cognoscit. In hac
bona eleuatione consistit etiam quod
terrena omnia calcans mente celos
inhabitat dicens cum apostolo Nostra
conuersatio est in celis. Et si etiam ela
tionem in contraria parte intelligere
voluimus neque in hoc primo in
tellectum recedimus quod multi a sua
superbia deiecti sunt peregrinum christi
atque humiliati ad quos etiam quod
membra sunt ecclesie hic pauet reue
latio. Impletum hoc cognoscimus
in paulo qui prius fuit superbus
ecclesie persecutor deinceps fuit e
perfectissimus predicator. De superbis
enim ait elatis cotidie christus suam
ecclesiam primitiua gratiam voce ut mi
tissima reddit et humilem. Gratia
nobis. Gratia dicitur gratis data
non meritis reddita sed venia gra
tis collata. Que gratia specialiter
in hoc est intelligenda quod sine
merito hominum misit deus filium
suum qui nos suo sanguine rede
mit et ad filiationem dei perduxit
vnde subsequitur. Et pax quam videlicet
ipse per sua passionem genus humanum
deo patri pacificauit. Et nomine
quod dicit pax et gratia. Et pre

mittitur gratia ac deinde subiungitur
pax quia nullus ad pacem reconci-
liationis venire potest nisi hanc
gratiam ante percepperit quia ut ad pa-
cem dei venire possimus a dei
gratia prevenimur. Similiter ante
omnia que a deo percipimus sive in fide
sive in opere in abstinentia ieiunio
et in ceteris a deo gratis nobis conceduntur
sola ipsius gratia. Querendum est in
hoc loco cum in dicto gratie nominato
filio et spiritu sancto persona patris reticea-
tur, cum dicat ab eo qui est et qui
erat et qui venturus est filium in hiis
verbis ostendit. Quod maxime ex
hoc probat cum subiungit. Qui ve-
nturus est ad iudicium dedit filio
qui solus cum patre et spiritu sancto habet
esse quia semper immutabilis est
verum potest. Tunc autem ideo ipse est.
Sunt etiam angeli secundum mutabilitatem
passi sunt quando unus eorum motu
per superbiam cecidit. Sed ut homines
sunt mutabiles sicut primus homo mutatus
est ex iusto factus est iniustus ex
bono impius ex inmortali mor-
talis. Omnis enim creatura muta-
bilis comparata eternitati quasi non est.
Ideo quod specialiter esse hic dicatur qui
semper idem est. Erat vero quod ante
debebat virgine in tempore nasceretur tunc
tamen cum patre erat. Tempus in illud
~~angelorum primissimum~~ In principio erat
verbum et omnia per ipsum facta sunt
venturus est ad iudicium in illo

angelorum primissimum. Sic veniet
quemadmodum vidistis eum euntem
in celum. Cum itaque hic non nisi filio
congruere videatur et hanc gratiam
etiam in istorum a patre et filio atque
spiritu sancto percepit. Quorum insepara-
bilis est unitas inseparabilis
est etiam operatio. Quomodo sibi vult
hoc quod solius sit mentio filii vel
spiritus sancti. Sed sciendum quod mos
est sacre scripture ut ubi una
sit mentio persone de trinitate
tota simul trinitas intelligatur.
Ergo ubi persona filii fidelis
gratiam tenere legentes audimus
simul in ipsa relatione patrem
et spiritum sanctum intelligere debemus.
Item quomodo cum sit unus spiritus
qui replet orbem terrarum. Cur Jo-
hannes in hac revelatione septem
spiritus introducit. Hinc per
septenarium et multiplicem eius
operationem. Simplex itaque est
per unitatem nature. Simplex vero distri-
butione gratiarum. Hinc Salomon
dicit. Eundem spiritum unicum et
multiplicem. Et a septem spiritibus
qui in conspectu throni eius
sunt. Thronus dei sunt ange-
li et homines iusti in quorum
mentibus per fidem requiescit.
Unde est anima iusti sedes sa-
pientie. In cuius throni conspectu

spus scus est quia in scoꝝ corda
requiescat ut diximus et illos
possidet corpora eorumque opera disponit et
ad dei amorem et ad proximorum atten-
dit dilectionem. Ad quem etiam spaliter
remissio pertinet peccatorum que fit in
baptismo ope spus sci. Unde dns
dicit aplis. Accipite spm scm
quorum remiseritis peccata remittuntur
eis. Unde spus dicitur spus sup-
tm est. Et ab ihu xpo qui est
testis fidelis quia de xpo plura
erat locutus statim repetit eius per-
sona dicens et ab ihu xpo qui est
testis fidelis i. verax. Cui pater
phibet testimonium dicens iudeis pr
in me manens ipse facit opa.
Et hec est vita eterna ut cognos-
cant te et sic deus dilexit mundum
ut filium suum unigenitum daret.
Et ego a meipso non veni et ista
spus sita. Sed sicut filius testis est
fidelis ita etiam pater ita spus
scus. Ait pr de filio testimonium illi
phibens hic est filius meus dilectus
in quo michi complacui. Ipse quoque fi-
lius de spu phibet testimonium dicens
Spus est qui vivificat et spus
ubi vult spirat et paraclitus ipse
docebit vos omnia. Spus quoque
scus de filio testimonium dat quod sicut
veritas sicut scriptum est. Spus
est qui testificatur quoniam xpus veri-
tas. Et ipse filius dicit. Ille testi-

monium phibebit de me. Unde
sciendum est quod sicut hii tres
unum sunt sic eorum testimonium unum
est quia quodque alterius testimonio alteri
insinuet. Specialiter autem filius testis
vocatur quia testimonio veritatis usque
ad mortem prebuit carnis quod et
tunc omnes etiam in predicatoribus
xpo testimonium phibeat illi spaliter
testes vocantur qui pro xpi testimonio
moriuntur. Primogenitus mortuorum.
Primus homo ea condicione creatus
est ut nisi peccasset immortalis
mansisset. Sed quia peccavit mortuus
est et reddidit in matrem suam hoc
est in terram de qua fuit conditus
dicente sibi dno terra es et in terram
reverteris. De qua scriptum est quod
formatus est de limo terre in animam
viventem. Qui quoniam vis ulto vivum vivus
processit prius ante scus est ille
mortalis genuit filios mortales
et peccatores qui omnes mortui in
matrem suam ~~i. terre eadem lege~~
revertuntur. Vivens quoque dns in
carne eadem lege mortuus est
atque in utero matris sepultus.
Sed quia tertia die a mortuis
iam victis in eternum surrexit
et mors illi ultra non dominabitur
primogenitus mortuorum appellari
debuit. Licet enim surrexerit alii
ante sicut lazarus tamen non
surrexerunt in eternum victuri.

quia itum mortem debitum carnis
solucrunt dum non surrexisse et viui
xisse computandi sunt. Ille ergo primo
genitus mortuorum recte vocatur quia
sic surrexit a mortuis ut ultra
non moreretur post et aliter etiam
Omnes enim electi qui se mortificat
cum vicijs et concupiscentiis et voluptatibus
carnis ipse incedunt mortui sunt
peccato et viuunt deo quorum primoge
nitus dignus vocatur quia peccatum
non fecit et mortificacionem uite car
nalis ostendit. Et princeps regum terre
Reges terre appellentur omnes electi
qui vitiorum tyrrannidem in se
consurgere non sinunt sed eis iure
dominantur. Possunt autem et reges
terre spiritualiter intelligi peccatores
qui dum corda carnalium a peccatis
restringunt super terram et reges im
perant. Ceterum bonis spiritualibus
viris in nullo se preferunt. Hinc est
quod petrus Cornelio se equalem
fatetur. Ananie vero animam
gladio ubi dei perimit. Sacerdum
est autem quod predicatores etiam
ipsis carnalibus ita dominari appe
tunt quatenus et compassionem nature
et vicijs rectitudinem exhibeant.
Verum ita quia princeps est christus
qui est rex regum et dominus dominan
tium de quo adhuc sapiunt quod
dilexit nos et lauit nos a pec
catis nostris in sanguine suo. Amo enim
amore filius dei nos dilexit
passiones illius ostendit quas pro nobis
pertulit. De hac dilectione dicit apostolus
christus dilexit ecclesiam et tradidit se
ipsum pro ea. Ac de ipso qui dilexit
me ait et tradidit semetipsum pro
me. Ad cuius etiam dilectionis imi
tacionem hortatur fideles dicens Am
bulate in dilectione sicut et christus
dilexit nos et tradidit semetipsum
pro nobis. Dilexit autem nos pul
chre fedos pios impios sine
peccato peccatores non quales eramus
nos dilexit sed quales ipsa di
lectione nos fecit unum et subdit
Et lauit nos a peccatis nostris in sanguine
suo. Iste amor ineffabilis et incom
prehensibilis est quia cum purus sit vix
aliquis moriatur christus sine
tempore mortuus est pro impijs ut
nos offeret deo iustus utique
pro iniustis. Et cum essemus maculati
delictis lauit nos suo sanguine
ut exhiberet sibi ecclesiam non
habentem maculam neque rugam
neque aliquid huiusmodi. Cui etiam sa
cramentum sue passionis utitur
in misterium ablucionis et in fide
mortis eius baptizati ab omnibus
viciis mundentur peccatis. Hinc apostolus
dicit Quicumque baptizati su
mus in christo in morte ipsius bap
tizati sumus. Est autem et
claudum baptismi effusio

Et latitud.

2/a

ictinam quo momentis singulis
baptizantur publicani et peccatores
no viz maria post multas crimi
num maculas rpectus ablutus
est p⁹ eam dm̄ nectationem.
Sermo beati ysidori epi de
Angelorum no. angelis
nomen est officiy no nature.
Na sm natural spus nu
cupat. qn em de celis ad annu
ciandum hominibus mittitur ex
pa annunciacone angeli nominan
tur ante angeli vocantur qn
mittuntur. Natura angelorum mu
tabilis est. quia est illis mutabi
tas i natura. sz facit eos incor
ruptos buitus sempiterna.
Sicut est no naturale esse incom
mutabiles angelos. Nam si ne
essent in commutabilibus angelis
no utiqz no cecidissz. Mutabi
litati itaqz nature suffragat
illis contempla° creatoris. Unde et
vocatus est apostata angelus
qui fortitudine sua no adeo sz
ipse volunt custodiri. Ante omnem
creaturam angeli facti sunt. dum
dictum est fiat lux. De quibus em
dicit scriptura. prior omni creature
sapia. lux em dicitur parti
cipacione lucis eterne. Sapia vero
dicuntur genite in hec do sapie.
Et dum sunt mutabiles na non
tame sinit eos mutari contem
placo diuina. Ante omnem creatura
mundi creati sunt angeli. Et an
omnem creationem angelorum dyabolus
conditus est. sicut scriptum est.
Ipse est principium viarum dei. vn
et ad comparationem angelorum archa
ngelus appellatus est. prius em cun
ctis extitit ordinis placone
no tpis quantitate. Pro matu hinsse
inter angelos dyabolum credendum
est eo qua fiducia cecidit ita
vt sine reparacone habeatur cuius
placionis excellenciam propheta hijs
verbis annunciat. Cedri no sunt
altiores illo in padyso dei. abie
tes no adequerit summitatem
illi. Omne lignum padysi no est
assimilatum illi. qm speciosiore
fecit eum deus. distat condicio
angelica a condicione homis. ho
em ad dei similitudine appellatus
est testante dno p Ezechiele
Tu signaculum similitudinis ple
sapia et pfectus decore in deliciis
padysi dei fuisti. Quanto em sub
tilior est eius na tanto plenius
extitit ad similitudine diuine virtu
tis expressa. prius de celo cecidit
dyabolus qz homo conderetur.
Nam mox ut factus est in superbiam
erupit et precipitatus de celo est.
Nam iuxta veritatis testimonium
ab inicio mendax fuit et in veritate
no stetit. qz no statim ut factus est
cecidit. fuit quidem in veritate sz citius

sed non stando a veritate est lap
sus. Uno superbie lapsu diabolus deo
se priore censerit et homo ceci
dit et dyabolus. Et homo rever
sus ad primam deo se inferiorem esse
cognoscit. Dyabolus vero non solum
hoc contentus non est quod se deo
equalem estimans cecidit. Insuper
etiam superiorem se deo dicit secundum
apostoli dictum qui ait de antichristo
Qui adversatur et extollitur super
omne quod dicitur deus. Dyabolus
ideo iam non petit veniam quia
non eo fugit ad penitentiam. Me
bra vero eius sepe ypocrisim
depingunt quod tamen per mala eo
scia adipisci non meretur. Dis
cat humana miseria quod ea tanta ti
tius purget deus peccati vetustatem
dum in suo compatitur homini quia
ipse homo traxit ex parte infirm
infirmitate peccandi. hoc est ex
carne quia inclusa anima deti
netur. Apostate angeli ideo
veniam non habent quia carnales fra
gilitates nulla infirmitate tempta
ti sunt ut peccarent. homines
ante post peccatum ideo restituuntur
ad veniam, propter quod ex lutea ma
teria pondus traxerunt infirmi
tatis. Ideo per infirma carnis con
dicione reditus patet homini ad
salutem, sicut christus dicit. Ipse

scit figmentum nostrum. Memen
to domine quod terra sumus. Et in
memoriale magis quesit me
sba/postque apostate angeli
ceciderunt reliqui perseverantes
in beatitudine solidati sunt
et post celi creationem in principio
repetitur. Fiat firmamentum
et vocatum est firmamentum celum
nimirum ascendens quod post ru
inam angelorum ruina hii qui permanse
runt in infirmitate eterne perseve
rancie beatitudinem acciperent.
Potest agnosci quod malorum
iniquitas serviat utilitati
quia unde mali corruunt inde
boni proficiunt. Bonorum angelorum
nus qui post ruinam angelorum
malorum est diminutus. Numero
electorum omnium supplebitur qui nunc
soli deo est cognitus. Inter an
gelos distancia potestatum est
et graduum dignitate. Ministeria
eisdem sunt discreta. Alii
perscribitur tamen in lumine par
tis quod scia veritatis. Unde ad
prophetam Zachariam angelus
ab angelo mittitur et quod
dicat annunciare percipit. No
vem esse ordines vel distinc
tiones angelorum sacra scriptura
testatur, id est. angelos, archan
gelos. thronos. dominaciones
virtutes, principatus, potestates,
cherubin et seraphin. Horum

ordinum nouem Etiam Ezechiel propheta
describit sub totidem nominibus la
pidum, cum de primatu apostate
angeli loquitur. Omnis inquid
lapis preciosus operimentum tuum,
sardius thopasius Jaspis. Cri
solitus onix. berillus. saphi
rus. carbunculus. et Smaragdus.
quorum nouem lapidum. ipsi ordi
nes designati sunt angelorum.
quos apostata angelus ante
lapsum in vestimenti sui ornato
habuit affixos, ad quorum com
paratione dum se clariorem cunctis
aspexit confestim intumuit et
cor suum ad superbiam eleuauit
Angeli sui semper in deo gaudent
non in se, malus vero. id est
dyabolus ex non que dei sed que
sua sunt requisiuit. Nulla autem
maior est iniquitas, quam in deo
sed in se male quidque gloriari, an
geli in verbo dei cognoscunt omnia
antequam inde fiunt, et que apud
homines adhuc futura sunt.
angeli iam reuelante deo noue
runt, prevaricatores angeli ~~eam~~
sanctitate amissa non tamen
amiserunt innate creature an
gelice sensum. Triplici enim modo
per sciencie acumine viget. scilicet subtilitate
nature, experiencia temporum, reuela
cione superiorum potestatum. Quoaccus
deus quoque flagello sive modo
retrusatur ad ministerium vindicte apostate
~~apostate~~ angeli mittuntur, qui tamen
diuina potestate cohercentur ne
tantum nocere valent quantum cupiunt. Bo
ni vero angeli ad ministerium salutis
humane deputati sunt, ut curas
administrent mundi et regant omnia
iussu dei, testante apostolo. Nonne
inquid omnes sunt administratorii
spiritus in ministerium missi propter eos qui
hereditatem capiunt salutis, angeli
corpora in quibus apparent de super
no aere sumunt solidamque speciem
ex celesti elemento induunt per que
humanis obtutibus manifestius
demonstrentur Singule gentes propo
sitos angelos habere creduntur quod
ostenditur testimonio angeli da
nielis loquentis. Ego inquit veni nun
ciare tibi, sed princeps persarum
restitit michi. Et post alia, nemo
est inquit qui me adiuuet, nisi
michael princeps vester. Item omnes
homines angelos habere probantur teste
domino in ewangelio. Amen dico vobis
quia angeli eorum semper vident
faciem patris mei qui in celis est.
Sicut cum petrus in actibus apostolorum in
pulsaret ianuam dixerunt apostoli.
non est petrus sed angelus eius
Si deum angeli contuentur videtur
Cur petrus dixit. In que desidera
nt angeli dei conspicere. Item sicut
non intuentur nec vident, quo
modo sunt... domini angeli eorum semper

vident faciem patris qui est in celis. Sed unum utrumque est illa veritas credimus quod deum angeli videt et videre desiderat et habet et habere festinat et amat et amare nititur. Si enim sic videre desiderat ut effectu desiderii non privatur. desiderium hoc anxietatem habet. Necessitas ista penalis et beatis angelis omnibus procul longe est quia numquam sibi convenit pena et beatitudo etc.

In natali sancti Dyonisii episcopi et sociorumque eius

Mathei xi

In illo tempore Respondens ihesus dixit Confiteor tibi pater domine celi et terre quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et revelasti ea parvulis etc.

Omelia lectionis eiusdem beati Augustini episcopi

Sermonem cum legeretur audivimus exultasse dominum ihesum in spiritu et dixisse. Confiteor tibi pater domine celi et terre quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et revelasti ea parvulis. Hucusque verba domini si digne si diligenter si quod primum est pie consideramus in primis invenimus non semper cum in scripturis legimus confessionem debere nos intelligere vocem peccatoris. Maxime autem hoc dicendum fuit et huic commendandum caritati vestre quia mox ut hoc verbum sonuit voce lectoris secutus est etiam sonus tunsionis pectorum vestrorum audito scilicet quod dominus ait. Confiteor tibi pater. In hoc ipso quod sonuit confiteor pectora tutudistis. Tundere autem pectus quid est nisi arguere quod latet in pectore et evidenti pulsu occultum castigare peccatum. Quare hoc fecistis nisi quia audistis Confiteor tibi pater. Confiteor audistis. Quis autem confitetur advertite. Si confiteor xpus dixit a quo longe est omne peccatum non solius est peccatoris verum etiam laudatoris. Confitemur ergo sive laudantes sive accusantes nos ipsos. Pia est utraque confessio sive cum te reprehendis qui non es sine peccato sive cum illum laudas qui non potest habere peccatum. Sed ante verum cogitemus reprehensionem tuam laus ipsius est. Quare enim confiteris in accusatione peccati tui in accusatione tui ipsius quare confiteris nisi quia ex mortuo vivus factus es. Scriptura quippe ait. A mortuo quasi qui non sit perit confessio. Si perit a mortuo confessio qui confitetur vivit. Et si peccatum confitetur utique a morte revixit. Si peccati confessor revixit a morte quis eum suscitavit. Nullus mortuus se ipsum suscitat. Ille se suscitare potuit qui mortua carne non mortuus est. Etenim hoc suscitavit quod mortuum fuerat. Ille suscitavit qui vivebat

misc Ihesus carne ante suscitanda
mortuus erat. Non enim prius solum
filium suum suscitavit de quo
dictum est ab apostolo petro quod deus
eum suscitavit sed etiam diebus se
ipsum i. corpus suum. Unde dicit
Solvite templum hoc et in tri
duo suscitabo illud. Mortuus
est ante peccator maxime ille
quem moles consuetudinis p
remit quasi sepultus est lazarus
Parum enim erat quia mortuus
etiam sepultus. Omnis ergo qui ma
le consuetudinis male vite ter
norum scilicet cupiditati mole
premitur ita ut in illo iam fun
sit quod in quodam psalmo conscribitur
dicitur Dixit stultus in corde
suo non est deus fit talis de quo
dictum est. A mortuo velud qui
non sit perit confessio. Quis eum
suscitabit nisi qui remoto lapide
clamavit dicens lazare prodi
foras prodire nisi quod occulta
erat foras prodere. Quia confitetur
foras prodire. Foras prodire non
posset nisi resuscitatus esset. Ergo
in confessione sua accusatio sui
laudatio est dicit ergo aliquis
Quid prodest ecclesia et si iam con
fessor voce divina resuscitatus
prodit. Quid prodest etiam confite
ti cui dominus ait. Que solveritis
super terram soluta erunt et in celo.
Ipsum lazarum attende cum vinculis
prodit iam vivebat confitendo sed non
dum liber ambulabat vinculis
irretitus. Quid ergo facit ecclesia
cui dictum est que solveritis soluta
erunt nisi quod ait dominus continuo
ad discipulos. Solvite illum et
sinite ire. Sive ergo nos accusemus
sive deum laudemus si pro illis gratias
agere studeamus a quo gratia gratis
datur cuicumque datur. Sic ergo de
um laudemus si pie nos accu
samus deumque laudamus qui eum
tamquam qui sine peccato est predicamus
Quem ante nos ipsos accusamus
ei per quem resurreximus gloriam da
mus Sed si feceris nulla occasione
inveniet inimicus qua te denunciat
ante iudicem. Cum enim tu ipse fueris
accusator et dominus liberator quid erit
ille nisi calumpniator. Merito ille
hinc sibi cautela providit adversus
inimicos non conspicuos carne
et sanguine minus scandali potius
quam caveamus sed adversus illos inimi
cos contra quos apostolus nos hortatur
armari. Quo est nobis colluctatio
adversus carnem et sanguinem i. adversus
homines quos vidistis sevire in nos
miseri sunt utique alius. Ergo qua
sunt alius tangit. Immisit in se
dyabolus in cor Iude ut traderet dominum ait
aliquis. Quid quero ego feci. Audi
apostolum quoque dicentis locum dyabolo. Tu
mala voluntate locum dedisti in
travit possedit utique locum si non
dares non possideret. Ergo nos amo

nens ait Non est nobis colluctatio
adversus carnem et sanguinem sed
adversus principes et potestates. Possit
quisque putare adversus reges terre
et adversus potestates seculi. Quia
ergo ipsi non caro et sanguis.
Semel dictum est non adversus
carnem et sanguinem id est contra homi-
nes. Quid ergo restant inimici?
Adversus principes et potestates spiritua-
les nequicie rectores mundi. Cui
plus dedit dyabolo et angelis
eius plus dedit quos rectores
mundi appellavit. Sed ne male
intelligas exponit quid sit mun-
di cuius sunt illi rectores. Rectores mun-
di tenebrarum harum. Quid est mundi
tenebrarum harum? quibus [illegible]
dilectoribus suis et infidelibus
quibus plenus est mundus has
appellat apostolus tenebras harum
rectores dyabolum et angelos eius.
Hee tenebre non naturales sunt non
incommutabiles sunt mutantur et lux
efficiuntur credunt et credendo illumi-
nantur. Quod tamen in eis factum sit
audiant. Fuistis aliquando tenebre nunc
autem lux in domino. Ita quod tene-
bre non in domino itum quando lux
non nunc sed in domino. Quid enim ha-
bes quod non accepisti? Quia ergo
sunt invisibiles inimici invisibi-
liter sunt expugnandi. Quippe hos-
tem visibilem vincis feriendo
invisibilem vincis credendo. Visibi-
lis est hostis homo visibile

est et ferire invisibilis est
hostis dyabolus invisibile est
et credere. Est ergo pugna invisibi-
lis adversus invisibiles inimi-
cos. Ab hys inimicis quo sancti-
tum dicat quidam? hoc enim ce-
perat dicere et necesse habui de
istis inimicis aliquid cum more
tractare. Iam ergo cognitis inimi-
cis videamus tutelam laudans
invocabo dominum et ab inimicis
salvus ero. Vides quid attulit lau-
dans invocavi. Sed laudans dominum
invoca. Si enim te laudaveris ab
inimicis tuis salvus non eris.
Ecce quid ait ipse dominus Sacrificium
laudis glorificabit me et illic
via est ubi ostendam illi salu-
tare meum. Ubi via? In sacrificio
laudis. Noli pedem ex hac
via mittere. In via esto a via no-
li recedere a laude dei non unguem
non pedem. Si enim volueris
ab hac via deviare et pro domino
te laudare non eris salvus ab
illis inimicis quia scriptum dicitur
est: Iuxta semitam scandala po-
suerunt michi. Quicumque ergo puta-
veris boni te habere a te ipso devi-
asti a laude. Quid iam mirum
si te seducit inimicus qui tu
ipsius tui seductor es. Audi
apostolum. Qui enim putat se aliquid esse
cum nichil sit se ipsum seducit.

Dnm ergo attende confitente Confi
teor tibi pater domine celi et terre Con
fiteor tibi laudo te non accuso
me Quam ante penitus adipi-
scens susceptione toti gratie sin
gulariter gratia perfecta gratia Quid
meruit homo ille qui xpus est
si tollas gratiam tantam gratiam
qua unum oportebat esse xpm
xpm esse quem nouimus Tolle
istam gratiam quod xpus non homo
quid nisi quod tu Suscepit naturam
suscepit corpus suscepit plenum
hominem coaptavit sibi unam
fecit duas tu sermo persona Quan
ta ista gratia xpus in celo xpus
in terra simul xpus in celo et terra
xpus apud patrem xpus in utero
virginis xpus in cruce xpus
apud inferos subveniens qui-
busdam eo ante ipso die xpus
in paradyso cum ubi latro la
trone confitente Et ibi latro
quid meruit nisi quia illam via
tenuit ubi ondit salutare suum
in qua tibi pes non exuit In
eo enim quod se accusavit deum
laudavit et vitam suam beatam
presumpsit quidam a domino et ait illi
domine memento mei cum veneris in
regnum tuum Considerabat enim
facinora sua et magnum habe
bat si ei vel in fine parceretur

Dns autem continuo cum ille dicit
Memento mei sed cum veneris
in regnum tuum Amen dico tibi ait
hodie mecum eris in paradyso Qui
obtulit quod quod miseria distulit
Audi ergo dominum confitentem Confi
teor tibi domine pater celi et terre Quod
confiteor in quo te laudo hec enim
confessio ut dixi laudem habet
qui abscondisti hec a sapientibus et
prudentibus et revelasti ea parvu
lis Quid est hoc fratres a contrario
sensu intelligite Abscondisti hec
a sapientibus et prudentibus magis
et non dixit revelasti ea stultis
et imprudentibus sed ait abscondisti
quidem a sapientibus et prudentibus
et revelasti ea parvulis Sapien
tibus et prudentibus irridentibus
arrogantibus falso grandibus
vere autem timentibus opposuit
non sapientes non prudentes sed parvu
los Ergo abscondisti hec a sapi
entibus et prudentibus Nomine
sapientum et prudentum superbos in
telligi posse ipse exposuit cum
ait Revelasti ea parvulis Ergo
abscondisti non parvulis Quid est
non parvulis Non humilibus Qui
dem non humilibus nisi superbis
Quanta via domini que non erat aut late
bat sed revelatur nobis Unde dominus
exultabat Quia revelatum est

paruulis debemus esse paruuli Na
si volumus esse paruuli magni qui
sapientes et prudentes non nobis
illud vindicat qui sunt magni Sa
pientes et prudentes qui dicentes
se esse sapientes stulti facti sunt
habes remedium ad contrario. Si
dicentibus te esse sapientem stultum factus
es dic te stultum et sapiens eris
Sed dic et intus dic quia sic est
ut dicis. Si dicis noli coram ho
minibus dicere sed coram deo prius quod
ad te ipsum pertinet quod ad tua tene
brosus es. Quid est enim esse ad
stultum nisi esse tenebrosum in
corde denique de illis sic ait dicen
tes se esse sapientes stulti facti sunt
Nunquam hoc diceret quid rursum
Et obscuratum est insipiens cor
eorum dic quia tu tibi lumen non
es ut multum oculus es lumen
non es. Quid enim prodest patens
et sanus oculus si lumen desit Er
go dic et lumen tibi non esse et cla
ma quod scriptum est. Tu illu
minas lucernam meam domine lumine
tuo deus illuminabis tenebras meas
Mee enim nichil nisi tenebre
Tu autem lumen fugans tenebras
illuminans me non a me michi
lumen sed lumen non participans
in te. Sic et Johannes amicus sponsi
putabatur lumen putaba
tur non erat ille lumen sed ut testimonium
perhiberet de lumine Quod autem erat

lumen erat lumen verum. Quid
est verum. Quod illuminat omnem
hominem Si ideo lumen quod illu
minat omnem hominem ergo et
Johannem recte dicentem recte con
fitentem. Nos autem de plenitudine
eius accepimus vide si aliud
dixit Quoniam tu illuminabis
lucernam meam domine denique iam il
luminatus testimonium perhibebat
propter cecos lucerna testimonium per
hibebat die vide quia lucerna
est Vos inquit misistis ad Joha
nem et voluistis exultare ad ho
ram in lumine eius. Ille erat
lucerna ardens et lucens Ille lucer
na hoc est res illuminata accen
ditur ut luceret Que accendi potest
potest et extingui. Sed ut non extin
guatur ventum superbie non pa
tiatur. Confiteor tibi pater domine
celi et terre qui abscondisti hec
a sapientibus et prudentibus lumine
se putantibus et tenebre erant
Et eo quod tenebre erant et lumine
se putabant nec illuminari potuerunt
Illi autem qui tenebre erant et
tenebras se esse confitebantur
paruuli erant non magni humiles
erant non superbi. Recte ergo dicebat
Tu illuminabis lucernam meam domine
Sed agnoscebat dominum laudan
bat a via salutari non recedebat
laudantes dominum invocabat et

binunnias sius salui erunt

Incipit sermo bti augustini

Multum quibusdam . ewangelice
videtur fratres karissimi cum au
dirint dominum dicentem Venite
ad me omnes qui laboratis et
onerati estis et ego reficiam vos
Tollite iugum meum super vos
et discite a me quia mitis sum
et humilis corde et invenietis re-
quiem animabus vestris iugum enim me-
um suave est et onus meum
leve est et cum viderint eos qui
iugum ipsum inpavida cervice
subierunt et illam sarcinam mi-
tissimis humeris acceperunt
tantis agitari et exerceri dif
ficultatibus huius seculi ut non a
laboribus ad quietem sed a quiete
ad laborem pervenisse videantur
cum et apostolus dicat Omnes qui
pie volunt vivere in christo persecu-
cionem paciuntur . Ait ergo aliquis
quomodo iugum leve est et sarcina
levis . Cum quidem illud iugum
et sarcina ferre nichil est aliud
quam pie vivere in christo . Et quomodo
dicit venite ad me qui labo-
ratis et onerati estis et ego vos
reficiam ac non potius dicatur
venite qui vacatis ut labo-
retis Nam et ecce laboratores invenit
quos conduxit in vineam ut ferret
estum diei et sub illo iugo levi
et sarcina levi audiamus apostolum

dicentem in omnibus commendantes nos-
met ipsos tamquam dei ministros in
multa paciencia in tribulacionibus in ne-
cessitatibus in angustiis in plagis
Et alio loco in eadem epistola a iudeis
quinquies quadragenas una minus
accepi ter virgis cesus sum semel
lapidatus sum ter naufragium
feci et cetera pericula que numerari quidem
possunt sed tollerari nisi spiritu sancto
iuvante non possunt . Omnia ergo illa
que memoravit aspera et gravia fre-
quens et habundantius sustinebat
sed profecto aderat ei spiritus sanctus qui
interioris hominis corrupcione ex-
terioris renovaret de die in die
et gustata requie spirituali in affluen-
cia deliciarum dei in spe future bea-
titudinis omnia presencia deliniret
aspera et omnia gravia relevaret . Ecce
quam suave iugum christi portabat et
quam leve sarcinam . Ut omnia illa
que superius enumerata dura et aspera
omnis auditor horrescat levem
tribulacionem diceret intuens interio-
ribus et fidelibus oculis quanto precio
temporalium emenda esset futura vi-
ta . Non pati eternos labores im-
piorum et sine ulla sollicitudine
perfrui eterna felicitate iustorum
Secant et urunt se homines pati-
untur ut dolores non eternum sed aliquan-
to diuturnioris ulceris careant dolore

pao reddimatur. Sy langwida et
mica dilacionis brevissime atque
ultima vita in amarissimis belli
miles atteritur. pluribus fortasse
annis in laboribus inquietus quam in
ocio quietus. Quibus tempesta
tibus et procellis quam horribiles
et timende semite celi et maris in
pennis sunt periclis et tempestatibus ple
nos. Quos estus que frigora que
pericula ab aquis a fossis a precipi
tiis a fluminibus a feris perferunt
venatores. Qua labore esuriendi
et sitiendi quantas vilissimi et sordis
simi abicit potus angustias ut
bestiam capiat et mendum nec
primus bestie carnes propter quod hec
tanta sustinet epulis uti necesse
est quam et si aper ceruusque capit
magis suavius sit venatori animo
quod captus est quam comedentis pala
to quia captus est. Quantis crucia
bus propter cotidianorum plagarum te
neri puerorum etas subditur. quantis
etiam scolis vigiliarum et obsta
cie molestiis obstent non propter dis
cendam sapientiam sed propter opes honores
quam dignitatis ut minores alterius
et dilectas fallacias eloquii discat.
Sed in hiis omnibus qui sed non amat
eadem tantum patitur qui vero amat
eadem quidem sed non tantum pati vi
detur. Omnia enim seva et inania
prorsus facilia prope nulla efficit
amor. Quanto ergo certius ac faci
lius ad veram beatitudinem cari
tas facit quod ad miseriam quantum
potuit cupiditas facit. Quod
facile tollerantur contra liberam adversi
tas temporalis eterna pena vitetur
eterna quies comparetur. Ideo in
merito ille vas electionis cum
ingenti leticia dixit. Non sunt
condigne passiones huius temporis ad
futuram gloriam que revelabitur in
nos. Ecce unde illud iugum sua
ve est et sarcina levis. Et si
angusta est paucis eligentibus
facilis tamen omnibus diligen
tibus. Dicit psalmus propter verba labio
rum tuorum ego custodivi vias du
ras. Sed que dura sunt laboranti
bus eisdem ipsis mitescunt aman
tibus propter quod ita divine pietatis
dispensacione actum est ut interior
homo qui renovatur de die in
diem non adhuc sub lege posi
tus sed iam sub gracia exoneratus fa
cimus innumerabilium observacionum
quod abstineret quae iugi
sed dure tamen comminueret impo
situm felicitate simplicis fidei
et bone spei et sancte caritatis acci
pet. Quidquid molestiarum exte
riori homini forinsecus intulisset
ille princeps qui missus est fo
ras interiore gaudio leve fiet.
Nichil enim tam facile est bone

voluntati q ipi sibi et hec suffi
cit deo cantilibz quo sonuit in
dus iste verissime angeli nato
in carne dno clamauit gl'a
in excelsis deo et in terra hominibz
pax bone voluntatis quia eius
qui natus erat suaue iugu est
et sarcina leuis Et sicut dicit
apl'us fidelis deus qui nos
non sinit temptari sup quam possu
mus ferre sz facit cum temptatione
etiam exitum ut possimus susti
nere amen. Sermo beati
Augustini epi.

Audiuimus in ewangelio dnm exhylara
tum spu dixisse deo pa
tri. Confiteor tibi pr dne celi et
terre qui abscondisti hec a sapienti
bus et prudentibus et reuelasti
ea paruulis. Ita pr quoniam sic placi
tum est coram te. Omnia michi
tradita sunt a patre meo. Et nemo
agnoscit filium nisi pr neqz patrem
quis agnoscit nisi filius et cui
voluerit filius reuelare. In clama
to laborantis in auditu labo
rantis Audiamus ergo eum qui se
quitur et dicit. venite ad me omnes qui
laboratis. Unde enim omnes la
boramus nisi quia sumus homines
mortales fragiles infirmi lutea
vasa portantes que faciunt in
uicem angustias. Sz si angus
tantur vasa carnis dilatantur
spacia caritatis. Quid ergo dicit

venite ad me omnes qui laboratis.
Deniqz promissio eius in promptu
est quia laborantes vocauit. Queret
forte quia mercede vocati sunt. Et ego
vos inquit reficiam Tollite iugum
meum sup vos et discite a me non
mundum fabricare non cuncta visi
bilia et inuisibilia creare non in ipso mundo
miracula facere et mortuos suscitare
Sed quoniam mitis sum et humilis corde
Magnus esse vis a minimo incipe
cogitas magnam fabricam construere
celsitudinis de fundamento prius cogita
humilitatis. Et quantum quisqz vult
et disponit sup imponere molem edi
ficii quanto erit maius edificium tan
to altius fundamentum fodit et fabrica
quidem cum construitur in supna consurgit
Qui aut fodit fundamentum ad ima
deprimit. Ergo fabrica ante celsitudinem
humiliatur et fastigium post humiliacionem
erigitur. Quod est fastigium construende
fabrice quam molimur quo peruenit
est cacumen edificii. Cito
dico usqz ad conspectum dei vides
quam excelsum est quanta res est con
spicere deum qui desiderat et quod
dico audit intelligit promittitur
nobis conspectus dei veri dei summi
dei hoc enim est bonum videntem
videre. Nam qui colunt falsos
deos facile illos vident sz eos
vident qui oculos habent et non
vident. Nobis promittitur visio

dei vinetis et videntis nec illum
deum vide[re] concupiscamus de quo
dicit scriptura Qui plantavit aure[m]
no[n] audiet et qui finxit oculum
nonne considerat Non ergo audit qui
tibi fecit unde audias et non
videt qui creavit unde videas
Bn in ipso ps[almo] prosequit[ur] et dicit
Intelligite ergo qui insipientes estis
in populo et stulti aliquando sapite. Multi
enim propterea mala faciunt dum pu
tant q[uo]d no[n] videat[ur] a deo et difficile
est quidem ut cum creavit unde no[n]
posse s[ed] putat belle pacienti invici
unitate tale impietatis ut impleatur
in eis q[uo]d scriptum est. Dixit stul
tus in corde suo no[n] est deus. Insa
nia ista peccatorum est. Sicut enim
magna pietas peccatorum est hoc
est q[uo]d dico turba d[icit]. Ecce modo no[n]
cogitat deus quid velim agere
in lecto meo. Quis dicit intelli
gite qui sapientes estis in populo
et stulti aliquando sapite. Tu homo
tu sis qui laboras si omnia domus
tue nomis et pervenit ad te u
ba omnia fecit servorum tuorum pu
tas et deum sic laborare ut atte
dat ad te qui no[n] laboravit u
creavit te. Oculum inte no[n] inte
dit sum qui fecit tuum. Non enim
et errabit ut omnes no[n] creavit
cum iam sis qui non vult ea que
no[n] sunt tamquam sint. Non ergo tibi

hoc promittas velis nolis vid
te et a beneus oculis no[n] est u
abscondas te. Si enim ascenderis
in celum ibi es si descenderis in
fernum ades. Laboras volens
recede a malis factis et nolens
no[n] videri adeo magnus labo
facere vis mala cottidie susti
tatis te no[n] videri. Audi scri
turam dicentem. Qui plantavit
aurem no[n] audiet et qui finxit
oculum nonne considerat. Ubi ma
facta tua abscondes ab oculis
si no[n] vis recede a bonis multum
laboras. Audi dicentem. Venite
ad me omnes qui laboratis et
si vis laborare fugere deo ab
eligis fuge no[n] ad illum. Inve
ni quo et fuge. Si aut[em] propter
no[n] potes ab illo fugere qui
ubique presens est de proximo fuge
ad deum qui presens est ubi st
fuge. Ecce fugiendo celos ex
cessisti ibi est descendisti
infernos quascumque terrarum so
litudines elegeris ibi est qui
dixit celum et terram ego im
plebo. Ergo si celum et terram
ipse implet et quo fugere ab
illo no[n] est noli laborare fu
ad presentem ne sentias venien
tem. Presume te visitaturum bene
vivendo a quo videris et mal

vincendo male enim vincendo videri
videre non potes. Bene autem vi
vendo et videri potes. Multo au
te familiarius videbit qui conat
dignum qui in corde intus vidit ut
vocaret in dignum. Nathanael
ait domino quem non dum sciebat
unde me nosti ait ei dominus. Cum
esses sub arbore fici vidi te vide
te propius et umbra tua non vide
bit in luce sua. Et quid est enim sub
arbore fici te vidi. Quid sibi
hoc vult. Quid significat. Recorda
re originale peccatum ade in quo
omnes moriuntur qui primum peccat
de foliis ficulneis succinctoria
sibi fecit. Significat in illis foliis
pruritum libidinis quo peccando
pervenit inde nascimur sic nascimur
in carne peccati nascimur quod sola sa
navit similitudo carnis peccati so
misit deus filium suum in similitudi
nem carnis peccati. Inde venit
sed sic non venit. Non enim virgo
libidine sed fide concepit venit
in virgine qui erat ante virginem
quam elegit creavit elegit quod eligeret
creavit. Attulit virgini fecundi
tatem non abstulit integritatem
Qui ergo sine peccati sancto sic
venit ad te et cum omnes sub ar
bore fici vidi te parva te vide
sublimi agno missus est

tenditer. Et quia magnum fasti
gium est de fundamento cogita et
quis fundatus dixit ab illo qui
mitis est et humilis corde hoc in te
fode fundamentum humilitatis et pervenies
ad fastigium caritatis etc.

In natali sancti luce evangeliste

In illo tempore **liste recta.**
Designavit dominus et alios lxx
ii discipulos illos binos ante faciem
suam in omnem civitatem et locum quo
erat ipse venturus. Et dicebat illis
messis quidem multa operarii autem pauci

Dominica leonis ensis rite gestis
ipse hita ad eius in fonte la

Dominus **termino recta**
Dominus et salvator noster fratres karissimi
aliquando nos sermonibus aliquando vero
operibus ammonet ipsa etiam facta eius
precepta sunt quia dum aliquid
tacitus facit quid agere debeamus inno
tescit. Ecce enim binos in predi
catione discipulos mittit quia sunt pre
cepta caritatis duo videlicet amor dei et
proximi et minus quam inter duos cari
tas haberi non potest. Nemo enim proprie ad
semetipsum habere caritatem dicitur
sed dilectio se in alterum tendit ut
esse caritas esse possit. Binos ad
predicandum discipulos mittit quatenus
hoc nobis tacitus innuat quod qui cari
tatem erga alterum non habet predicationis
officium suscipere nullatenus debet.
Bene autem dicitur quod misit eos

ante faciem suam in omnem civita
tem et locum quo ipse erat ve
turus. Predicatores enim suos Dominus
sequitur quia predicatio prevenit et
tunc ad mentis nostre habitaculum Dominus
venit quando verba exhortationis pre
currunt atque per hoc veritas in mente
suscipitur. Hinc namque eisdem predi
catoribus Ysaias dicit: Parate vi
am Domini rectas facite semitas Dei
nostri. Hinc illis psalmista ait: Iter facite
ei qui ascendit super occasum.
Super occasum namque Dominus ascendit
quia unde in passione occubuit inde
maiorem gloriam suam resurgendo
manifestavit. Super occasum videlicet
ascendit qui mortem quam pertulit
resurgendo calcavit. Ei ergo qui
ascendit super occasum iter facimus
cum eius gloriam vestris mentibus
predicamus ut eas ipse postmodum veni
ens per amoris sui presentiam illustret.
Ipsis autem predicatoribus quid di
cat audiamus: Messis quidem multa
operarii autem pauci. Rogate ergo do
minum messis ut mittat operarios in
messem suam. Ad messem multam operarii
pauci sunt quod sine gravi merore loqui
non possumus quia et si sunt
qui bona audiant desunt qui di
cant. Ecce mundus sacerdotibus plenus
est sed tamen in messe Dei rarus val
de invenitur operator quia officium qui
dem sacerdotale suscepimus sed opus

officii non implemus. Sed perpen
dite fratres mei perpendite quod dicitur:
Rogate ergo dominum messis ut mit
tat operarios in messem suam. Vos
pro nobis petite ut digna vobis
operari valeamus ne ab exhorta
tione lingua torpeat ne postquam
predicationis locum suscepimus
apud iustum iudicem nos
taciturnitas addicat. Sepe enim
pro sua nequitia predicantium resti
tuitur lingua sepe ex subiecto
rum culpa agitur ut eis qui presunt
predicationis sermo subtrahatur. Pro
sua quippe nequitia predicantium lingua
restringitur sicut psalmista ait: Peccatori
autem dixit Deus: Quare tu enar
ras iustitias meas? Et rursum
ex vitio subiectorum vox predican
tium prohibetur sicut ad Ezechielem
Dominus dicit: Linguam tuam adherere
faciam palato tuo et eris mutus
nec quasi vir obiurgans quia domus
exasperans est. Ac si aperte di
cat: Ideo tibi predicationis sermo
tollitur quia dum me in suis acti
bus plebs exasperat non est di
gna cui exhortatio veritatis fiat.
Ex cuius ergo vitio predicatori ser
mo subtrahatur non facile agnosci
tur. Quod vero pastoris ta
citurnitas aliquando sibi semper autem
subiectis noceat certissime scitur.

Sed ut scilz ad p[re]dicac[i]o[n]is v[ir]
tute[m] no[n] sufficim[us] solu[m] ut p[re]dicac[i]o[n]is offici
um in innoce[n]cia vite teneam[us]
Nam subditur. Ecce ego mit
to vos sicut agnos int[er] lupos
Multi aute[m] cu[m] regiminis cura[m]
suscipiu[n]t ad lacerandos subdi
tos inardescunt t[er]rore p[otes]tatis
exhibent [et] q[ui]bus p[ro]desse debu
erant nocent [et] q[ui]a caritatis
visc[er]a no[n] h[ab]ent d[omi]n[u]m vider[i]
appetunt p[at]res se esse minime re
cognoscunt humilitatis locu[m] in
elac[i]o[n]e[m] dampnac[i]o[n]is i[m]mutant
et si qu[ando] ext[er]ius blandiunt[ur]
int[er]ius t[ame]n seviunt de q[ui]bus
alias veritas dicit. Veniunt ad
vos i[n] vestime[n]tis oviu[m] int[ri]nse
cus aute[m] su[n]t lupi rapaces
Cont[ra] que o[mn]ia co[n]siderandu[m]
nobis est q[ui]a sicut agni i[n]t[er]
lupos mittim[ur] ut se[n]su[m] s[er]vantes
innocencie morsum malicie no[n]
demus. Qui en[im] locu[m] p[re]dica
c[i]o[n]is suscipit mala i[n]ferre non
debet s[ed] tollerare [et] ex ipsa sua ma
suetudine ira[m] s[e]vienciu[m] mitig[are]
ap[er]ior[um] vulnera i[n] aliis ipse afflic
c[i]onibus vulneratus sanet. Quod [et]
si qu[ando] zelus rectitudinis exigit
ut erga subditos seviat furor
ipse no[n] de crudelitate sit s[ed] de
amore q[ua]t[enus] [et] iura d[iscipli]ne ex[te]ri[us] serv[et] for[is]
exhibeat [et] int[us] p[ate]rna pietate

diligat quos for[is] q[ua]si insequ[en]do
castigat quod tu[n]c b[e]n[e] rector exhibet
cu[m] se ip[su]m diliger[e] p[er] amore[m] p[ro]pri[um]
tu[m] nescit cu[m] nulla q[ue] mundi su[n]t
appetit cu[m] t[er]rene cupiditat[is] ho
noribus neq[ua]q[uam] mentis colla sup
ponit &c. et subditur. Nolite por
tare sacculu[m] neq[ue] pera[m] neq[ue] cal
ciamenta neminem p[er] via[m] saluta
veritis p[re]dicatori eni[m] ta[n]ta debet
i[n] d[omi]n[u]m esse fiducia ut p[re]se[n]tis vite
sumptus q[uam]vis no[n] p[ro]videat tam[en]
sibi hic hos no[n] dee[ss]e c[er]tissime
sciat ne du[m] mens eius occu
patur ad t[em]p[or]alia minus aliis
p[ro]videat et[er]na. Cui et[iam] p[er] via[m]
neminem salutar[e] co[n]ceditur. Set
sub q[ua] festinac[i]o[n]e i[n]t[er] i[ter] p[re]dica
c[i]o[n]is p[er]g[er]e oporteat q[ue] saltem q[ua]s
v[er]ba ista p[er] allegoria[m] velit in
telligere in sacculo pecunia clau
sa e[st] pecunia v[er]o clausa e[st] sapi[enci]a
occulta. Qui en[im] t[ame]n sap[ienci]e v[er]bu[m] h[abe]t
s[ed] h[oc] erogar[e] p[ro]ximo negligit
q[ua]si pecunia[m] i[n] sacculo ligatam
tenet unde sc[ri]ptu[m] est. Sapi[enci]a
abscondita [et] thezaurus occultus
que utilitas est i[n] utroq[ue]. Quid
v[er]o p[er] pera[m] nisi on[er]a secul[i]
[et] q[ui]d hoc loco p[er] calciame[n]ta nisi
mortuor[um] op[er]um ex[em]pla signat[ur]. Qui
ergo p[re]dicac[i]o[n]is offici[um] suscipit
dignu[m] no[n] est ut o[n]us secula[riu]m

negociorum portet ne dum hoc
eius colla deprimit ad predicanda
celestia non assurgat. Nec debet
stultorum operum exempla conspici
ne sua opera quasi mortuis
pellibus credat muniri. Sunt
etenim multi qui pravitatem suam
ex alienis pravitatibus tuentur.
Quia cum alios talia fecisse consi
derat sibi hec facere licere putat. Hii
quid aliud faciunt nisi pedes su
os ex mortuorum animalium muni
mine pellibus conantur. Omnis
vero qui salutat in via ex occasione
salutat itineris non ex studio pro
optande eiusdem salutis. Qui
igitur non amore eterne patrie sed pre
miorum ambitu salutem audientibus
predicat quasi in itinere salutat quia
ex occasione et non ex intentione salu
tem audientibus exoptat. Sequitur
In quamcumque domum intraveritis primum
dicite pax huic domui. Et si ibi
fuerit filius pacis requiescet super
illam pax vestra. Sin autem ad
vos revertetur. Pax que ab ore
predicatoris offertur aut requiescit
in domo si in ea filius pacis fuerit
aut ad eundem predicatorem rever
titur quia aut erit quis predesti
natus ad vitam ad celestem verbum
sequitur quod audit aut si nullus au
dire voluit ipse predicator sine
non erit quia ad eum pax revertitur quod

ei a domino pro labore sui operis ren
des recipiet. Ecce autem qui
peram et sacculum portare prohibuit
sumptus et alimenta ex eadem
predicatione concedit. Nam sequitur
In eadem autem domo manete
edentes et bibentes que apud
illos sunt. Dignus est enim operarius
mercede sua. Si pax nostra recipitur
dignum est ut in eadem domo
maneamus edentes et bibentes que
apud illos sunt ut ab eis eterna
stipendia consequamur quibus pre
mia patrie celestis offerimus. Unde
etiam Paulus hec ipsa pro minimo
suscipiens dicit. Si nos vobis
spiritualia seminavimus magnum est
si nos vestra carnalia metamus. Et
notandum quod sequitur dignus est merce
rius mercede sua quia iam de mer
cede sunt operis sed operis ipsa ali
menta sustentacionis ut hic mer
ces de labore predicationis inchoetur
que illic de veritatis visione
perficitur. Qua in re considerandum
dum est quod uni nostro operi
duo mercedes debentur una
in via altera in patria una que
nos in labore sustentat alia que
nos in resurrectione remunerat. Merce
des itaque que in presenti recipitur
hoc in nobis agere debet ut ad
tem mercedem robustius ten

Veritas quoque quisque praedicator non
ideo praedicare debet ut in hoc
tempore mercedem accipiat sed
ideo mercedem recipere ut praedicare
subsistat. Quisquis namque ideo
praedicat ut hic vel laudis vel
muneris mercedem recipiat
eterna procul dubio mercede se pri-
vat. Quisquis vero vel placere
que dicit ideo placere hominibus
appetit ut dum placet quia
dicitur per eundem dicta non ipse
sed deus ametur. Vel ideo terre-
na stipendia in praedicatione con-
sequitur ne a praedicationis vo-
ce per indigentiam lassetur huic
procul dubio ad recipiendam mer-
cedem nichil obstat in patria
quod sumptus sumpsit in via. Sed
quid nos qd' tamen dicere sine
dolore non possum quid nos
o pastores agimus qui et mer-
cedem consequimur et tamen operarii
nequaquam sumus. Fructus quippe
sancte ecclesie in stipendio cottidiano
percipimus sed tamen pro eterna ecclesia mi-
nime in praedicatione laboramus.
Pensemus cuius dampnationis
sit sine labore hic percipere merce-
dem laboris. Ecce ex oblatione
fidelium vivimus sed quid pro ani-
mabus fidelium laboramus. Illa in
stipendium sumimus que pro redimendis
peccatis suis fideles obtulerunt nec
tamen contra peccata eadem vel orationis
studio vel praedicationis ut dignum
est insudamus. Vix pro culpa
sua quempiam aperta voce reprehendere
audemus et adhuc quod est gravius aliquando
si persona in hoc mundo potens sit
eius forsitan etiam culpa laudatur
ne si adversetur per iracundiam
munus subtrahat quod impendebat.
Sed debemus sine cessatione me-
minisse quod de quibusdam in Osee scrip-
tum est: peccata populi mei comedent.
Cur autem peccata populi comedere dicun-
tur nisi quia peccata delinquentium fovent
ne temporalia stipendia amittant. Sed
et nos qui ex oblationibus fidelium
vivimus quos illi pro suis peccatis
obtulerunt si comedimus et tacemus
eorum procul dubio peccata manducamus.
Pensemus ergo cuius sit apud
deum criminis peccatorum pretium mandu-
care et nichil contra peccata praedicando
agere. Audiamus quid beati Job
voce dicitur: Si adversum me
terra mea clamat et cum ipsa
sulci eius deflent si fructus
eius comedi absque pecunia. Terra
cum contra pastorem suum iuste ecclesia
ecclesia murmurat. Cuius etiam sul-
ci deflent si corda audientium que
a precedentibus patribus praedicatio-
nis voce et vigore correctionis ex-

terrena vident aliquid quod lugeant de vita pastoris. Cuius videlicet terre fructus possessor bonus sine pecunia non manducat, quia districtus pastor erogat talentum verbi ne ad dampnacionem suam de ecclesia stipendium sumat alimenti. Tunc enim de terra nostra cum pecunia fructus comedimus quando sumentes ecclesiastica subsidia in predicatione laboramus. Precones namque venturi iudicis sumus. Quis ergo venturum iudicem nunciet si preco tacet? Pro modo considerandum nobis est ut in quantum valet quisque, in quantum sufficit, et terrorem venturi iudicii et dulcedinem regni suscepte cunctis insinuare contendat. Et quia una eademque exhortacionis voce non sufficit simul cunctos ammonere, debet singulos in quantum valet instruere, privatis locucionibus edificare, exhortacione simplici fructum in filiorum suorum cordibus querere. Debemus namque pensare continue quod sanctis apostolis dicitur, per apostolos nobis: Vos estis sal terre. Si igitur sal sumus, condire mentes fidelium debemus. Vos igitur qui pastores estis pensate quia dei animalia pascitis, de quibus profecto animalibus deo per psalmistam dicitur: Animalia tua habitabunt in ea. Et sepe videmus quod petra salis brutis animalibus ponitur ut eadem salis petram lambere debeant et meliorari. Quasi igitur inter bruta animalia petra salis debet esse sacerdos in populis. Curare enim sacerdotem necesse est quid singulis dicat, unumquemque qualiter ammoneat, et quisquis sacerdoti iungitur quasi ex salis tactu vite eterne sapore condiatur. Sal etenim terre non sumus si corda audiencium non condimus. Quod profecto condimentum ille veraciter proximo impendit qui predicacionis verbum non subtrahit. Sed tunc vere aliis recta predicamus si dicta rebus ostendimus. Si nosmetipsos divino amore compungimus, humane vite que sine culpa transigi nequaquam potest cottidianas maculas lacrimis lavamus. Tunc autem de nobis vere compungimur si studiose patrum precedencium facta perspicimus ut ex consideracione illorum gloria in nostris nobis oculis nostra vita sordescat. Tunc vere compungimur cum precepta dei studiose perscrutamur et per hec ipsi contendimus proficere que iam profecisse novimus quos veneramur. Hinc est enim quod de Moyse scriptum est: Posuit labrum eneum in quo lavaretur Aaron et filii eius cum ingrederentur in sanctorum, quod fecit de speculis mulierum que excubabant in ostio

thabernaculo labrum quippe ene-
um Moyses posuit in quo sacer-
dotes lavari debebant et sancta
sanctorum ingredi quia lex dei prius nos
lavari per compunctionem precipit ut
nostra immunditia adspectui dum
secretorum dei munditia non sit
indigna. Quod bene labrum de
speculis mulierum prohibet fieri
que ad thabernaculi ostium indesi-
nenter excubabant specula quippe
mulierum sunt precepta dei in quibus
se sancte anime semper aspiciunt
et si que in eis sunt feditatis ma-
cule deprehendunt cogitationum
vicia corrigunt et quasi renit-
tentes vultus velud ex reddita
ymagine componunt quia dum precep-
tis divinis solerter intendunt
in eis procul dubio vel quid in se ce-
lesti viro placeat vel quid displice-
at agnoscunt que quia dum in hac
vita sunt etiam thabernaculum
ingredi nequaquam possunt sed tamen
ad ostium thabernaculi indesinenter excu-
bant quia sancte anime etiam cum in
infirmitate carnis adsunt continua-
tur amore continuo tamen in
gressum etiam intimus observant
Moyses ergo labrum sacerdotibus
de speculis mulierum fecit quia
lex dei lavacrum compunctionis
peccatorum nostrorum maculas exhi-
bet dum ea per que sancte anime
superno sponso placuerunt intuenda no-
bis celestia precepta prebet. Quibus
si diligenter intendimus in eis inte-
rioris ymaginis maculas videmus
videntes autem maculas in penitentie
dolore compungimur. Compuncti vero
quasi in labro de speculis mulierum
lavamur. Est autem valde necessari-
um ut dum de nobis in compunctione effi-
cimur etiam commissorum nobis vitia
zelemus. Sit ergo animadversio compunc-
tionis afficiat ut tamen proximorum
custodia non alitat. Quid enim pro-
dest si amantes nos ipsos relin-
quimus proximos vel quid rursum prodest
si amantes vel zelantes proximos
relinquimus nosmetipsos. In or-
namento quippe thabernaculi bis tinc-
tus coccus offerri precipitur ut ante
dei oculos caritas nostra dei et pro-
ximi amore coloretur. Ille autem
vere se diligit qui pure diligit
auctorem. Cum ergo coccus bis tingi-
tur erga deum et proximum ex amore
veritatis animus inflammatur. Oportet
ut hec sacerdotum est ut sit ex cari-
tate zelus rectitudinis contra prava ac-
ta proximorum quatenus in furore dis-
cretionis nullo modo relinquatur vir-
tus mansuetudinis. Ita etiam sacerdo-
tis discretio nequaquam debet esse
preceps et perturbata sed magis ex
consilii gravitate metienda. Et
portare igitur debemus quos

corrigimus et corrigere quos portamus
Ne si exterius vita desinit vel in fer-
vore vel in mansuetudine actio sa-
cerdotalis non sit. Hinc namque est
quod in templi misterio in vasibus
templi sculptoris opere leones et boves
et cherubin expressa sunt. Che-
rubin quoque est plenitudo scientie.
Sed quid est quod in vasibus nec leo-
nes sine bubus nec boves sine
leonibus sint. Quid enim aliud
designant bases in templo nisi sa-
cerdotes in ecclesia qui dum sollicitudi-
nem regiminis tollerant quasi
more basium superpositum onus
portant. In basibus igitur cheru-
bin exprimuntur quod decet nimirum
ut sacerdotum pectora plenitudine
scientie sint referta. Per leones autem
terror severitatis, per boves vero
patientia mansuetudinis figuratur.
Itaque in basibus nec leones sine
bubus nec boves sine leonibus
exprimuntur quia semper in sacerdotali
pectore cum terrore severitatis cus-
todiri debet virtus mansuetudinis
ut et terrorem mansuetudo condiat et eandem
mansuetudinem ne fortasse disso-
luta sit zelus districtionis atten-
dat. Sed ista cum loquimur cum ad-
huc plerosque germanas fas atro-
cioribus videamus. Vobis cum
sacerdotibus lugens loquor quia non-
nullos nostrum cum premiis sacre ordi-

nationes agnovimus spiritalem
gratiam vendere et de alienis ini-
quitatibus cum peccati dampno tem-
poralia lucra cumulare. Cur ergo ad
memoriam vestram non redit quod
vox dominica precipiens dicit: Gratis
accepistis gratis date. Cur
non ante mentis oculos revocatur
quod templum redemptor noster in-
gressus cathedras vendentium
columbas evertit et nummulario-
rum effudit es. Qui namque sunt
in templo dei hodie qui columbas
vendunt nisi qui in ecclesia pretium
de impositione manus accipi-
unt per quam videlicet impositionem
spiritus sanctus celitus datur. Co-
lumba igitur venditur quia ma-
nus impositio per quam spiritus sanctus
accipitur ad pretium prebetur.
Sed redemptor noster cathedras
vendentium columbas evertit
quia talium negotiatorum sacerdoti-
um destruit. Hinc est enim quod
sacri canones symoniacam
heresim dampnant et eos sa-
cerdotio privari precipiunt qui de
largiendis ordinibus pretium
querunt. Cathedre ergo vendentium
columbas evertuntur quando hii
qui spiritalem gratiam vendunt
vel ante humanos vel ante dei ocu-
los sacerdotio privantur. Et quia

multa sunt alia prepositorum ma
la que humanos non oculos latent
et plerumque se pastores sanctos homi
nibus exhibent atque in occultis
suis videri turpes ante interni
arbitrii oculos non erubescunt.
Veniet veniet profecto ille dies
nec longe est in quo pastorum
pastor appareat et omnium opera
facta in publicum deducat et qui
modo subditorum culpas per prepo
sitos ulciscitur tunc prepositorum
mala per semetipsum seviens dam
nat. Unde et ingressus in templum
ipse quasi flagellum de funicu
lis fecit et de domo dei pravos
negociatores eiecit et cathedras
vendentium columbas evertit
qui subditorum quidem culpas per
pastores percutit sed pastorum
vicia per semetipsum ferit. Etsi
non hominibus negari potest
quod latenter agitur ille teste in
dex venturus est cui tacendo
quisque se non potest celare quem
negando non potest fallere. Est
aliud fratres karissimi quod me de vita
pastorum vehementer affligit
sed ne cui hoc iniuriosum videatur
dixisse quod assero me quoque
pariter accuso quamvis barbari
ci temporis necessitate compulsus
valde invitus in hiis iaceo

ad exteriora enim negocia dilapsi
sumus et aliud ex honore suscepi
mus atque aliud ex officio actio
nis exhibemus. Ministerium predica
tionis relinquimus et ad penam nostram
ut video sic episcopi vocamur
qui honoris nomen non virtutem te
nemus. Relinquunt namque deum hii
qui nobis commissi sunt et tacemus
in pravis actionibus iacent et correctio
nis manum non tendimus cottidie
per multas nequicias pereunt et eos
ad infernum tendere negligentes videmus.
Sed quando nos vitam corrigere valemus
alienam qui negligimus nostram.
Curis enim secularibus intenti tanto
insensibiliores intus efficimur quanto
ad ea que foris sunt studiosio
res videmur. Usu quippe cure
terrene a celesti desiderio obdu
rescit animus et dum ipso usu
durus efficitur per actionem seculi ad
ea emolliri non valet que perti
net ad caritatem dei. Unde hec sancta
ecclesia de membris suis infirmantibus
dicit posuerunt me custodem in vi
neis vineam meam non custodivi.
Vinee quippe nostre actiones sunt
quas usu cottidiani laboris ex
colimus sed custodes in vineis positi
nostram vineam minime custodimus
quia dum extraneis actionibus implicamur
ministerium actionis nostre negligimus

Nullum puto fratres karissimi ab aliis
maius preiudicium quam a sacerdotibus
tollerat deus quando eos quos ad
aliorum correctionem posuit dare
de se exempla pravitatis cernit
quando ipsi peccamus qui compescere
peccata debuimus. plerumque quod est
gravius sacerdotes qui dare debue
rant etiam aliena diripiunt plerosque
quos si quos humiliter si quos conti
nenter vivere conspiciunt irrident.
Considerate ergo quid de gregibus
agatur quando lupi pastores fiunt
hii enim custodiam gregis suscipiunt
qui insidiari gregi dominico non
metuunt contra quos dei greges cus
todire debuerunt. Nulla animarum lucra
querimus ad nostra cottidie studia
vacamus terrena concupiscimus
humanam gloriam intenta mente capti
mus. Et quia eo ipso quo ceteris
prelati sumus ad agenda quelibet ma
iorem licentiam habemus suscepte
benedictionis ministerium vertimus ad
ambitionis argumentum causam dei reli
quimus ad terrena negotia vacamus
locum sanctitatis accepimus et terrenis
actibus implicamur. Impletum est
in nobis profecto quod scriptum est Erit
sicut populus sic et sacerdos. Sacerdos
enim non distat a populo quando nullo vite
sue merito vulgi transcendit actionem.
Inploremus Ieremie lacrimas considerat
mortem nostram et inde ploratus dicat
Quomodo obscuratum est aurum mutatus
color optimus dispersi sunt lapi
des sanctuarii in capite omnium pla
tearum. Aurum quippe obscuratum
est quia sacerdotum vita quondam
per gloriam virtutum clara nunc per
actiones infimas ostenditur re
proba. Color optimus est mutatus
quia ille sanctitatis habitus per
terrena abiectaque opera ad ignominiam
despectionis venit. lapides sa
nctuarii intus sanctis habebant
nec cernebantur in summi sacerdotis
corpore cum sancta sanctorum ingrediens
in secreto sui conditoris appare
bat. Nos ergo sumus lapides sa
nctuarii qui apparere semper debe
mus in secreto dei quos nunquam necesse
foris conspici et nunquam in exterioribus
actionibus videri. Sed dispersi sunt
lapides sanctuarii in capite omnium
platearum quia hii qui per vitam
et orationem intus semper esse de
buerant per vitam reprobam foris
vagantur. Ecce iam pene nulla
est seculi actio quam non sacerdotes
amministrent. Dum ergo in sancto habitu
constituti exteriora sunt que sibi
quasi sanctuarii lapides foris iacent.
Quia enim greca voce platea
latitudo vocatur sanctuarii lapides
in plateis sunt cum rel
igiosa quique lata mundi itinera
sectantur. nec solum in plateis
sed in capite platearum dispersi s

quia pro desiderio huius mundi te
pora pagunt et tunc de reli
gioso habitu culmine honoris
querunt. In capite ergo platearum
dispersi sunt quia et iacent per iusti
ciam operis et honorari volunt de
ymagine sanctitatis. Quanto autem
mundus gladio feriatur aspi
citis quibus cottidie percussio
nibus intereat populus videtis.
Cuius hoc nisi nostro precipue pec
cato agitur. Ecce depopulate ur
bes eversa sunt castra ecclesie ac
monasteria destructa in solitu
dinem agri redacti sunt sed
nos pereunti populo auctores mor
tis existimus cuius esse debui
mus duces ad vitam. Ex
nostro etenim peccato populi turba pro
strata est quia faciente nostra
negligentia ad vitam eruditus non
est. Quid autem animas hominum ni
si cibum domini dixerim que ad hoc
sunt condite ut in eius corpore
transeant i. ut ecclesie
augmentum tendant. Sed huius
cibi condimentum nos esse de
bemus. Sicut etenim paulo pre
fati sumus missis predicatoribus
dicitur Vos estis sal terre. Si
ergo cibus est dei condimentum
cibi sacerdotes esse debent. Sed
dum nos ab orationis exerci
tationis sancte usu cessamus

sal infatuatum est quia condi
re non valet cibum dei atque id
circo a conditore non sentitur quia exige
te fatuitate nostra nunc conditur.
Pensemus ergo qui dominus plurima
nostrum consistit qui de peccato suo
corpore nostra increpatione correpti pe
nitentiam egerunt. Quis luxuri
am ex nostra eruditione deseruit quis
avariciam quis superbiam declina
vit. Pensemus quot lucra deo feci
mus nos qui accepto talento
ab eo ad negotium missi sumus.
Ipse etenim dicit. Negociamini dum
venio. Ecce iam venit de nostro
negotio lucrum requirit. Quale ei
animarum lucra de nostra negotiatione
monstrabimus quot eius conspectui ani
marum manipulos de predicationis
nostre segete illaturi sumus. Pona
mus ante oculos nostros illum tante
districtionis diem quo iudex
veniet et rationem cum servis quibus
talenta credidit ponet. Ecce in ma
iestate terribili inter angelorum cho
ros videbitur et in illo tanto exa
mine angelorum electorum omnium et repro
borum multitudo deducitur et
unusquisque quid sit operatus ostendi
tur. Ibi petrus cum iudea conversa quam
post se traxit apparebit. Ibi paulus
conversum ut ita dixerim mundum
ducens. Ibi andreas post se achaiam
Iohannes asiam Thomas indiam

medo spiritu summi regis comissam du
cit. Ibi omnes divini gregis arie
tes cum animarum lucris appare
bunt qui sanctis suis predicationibus
deo post se subditum gregem tra
hunt. Cum igitur tot pastores cum
gregibus suis ante eterni pas
toris oculos venerint quid
nos miseri dicturi sumus qui ad
dominum nostrum post negotium vacui
redimus qui pastorum nomen ha
buimus et oves quas ex nutrimen
to nostro debeamus ostendere non ha
bemus. Hic pastores vocati sumus
et ibi gregem non ducimus. Sed numquid
si nos negligimus omnipotens deus
de oves suas. Nullo modo quia
ipse eas sicut per prophetam pollicitus
est per semetipsum pascit omnesque preor
dinavit ad vitam flagellorum
stimulis compunctionis spiritu erudit.
Et per nos quidem fideles ad sanctum
baptisma veniunt nostris precibus
benedicuntur et impositione manu
um nostrarum a deo spiritum sanctum percipiunt atque
ipsi ad regnum celeste pertingunt
et ecce nos per negligentiam nostram
deorsum tendimus. Ingrediuntur
electi sacerdotum manibus expia
ti ad celestem patriam et sacerdotes
ipsi per vitam reprobam ad inferni
supplicia festinant. Cui ergo rei con
similes dixerim sacerdotes malos
nisi aque baptismatis que peccata
baptizatorum diluens illos ad

regnum celeste mittit et ipsa in
cloacas descendit. Timeamus
ergo fratres hinc conveniat actioni nostre
ipsum ministerium nostrum de peccatorum nostro
rum cottidie relaxatione cogitemus
ne nostra vita peccato obligata re
maneat per quam omnipotens deus cot
tidie alios solvit. Consideremus
sine cessatione quid sumus pensemus
negotium nostrum pensemus pondus
quod suscepimus faciamus cotti
die nobiscum rationes quas cum nostro
iudice habebimus. Et sic debemus
agere curam nostri ut non negligamus
curam proximi ut quisquis ad nos
iungitur eloquii nostri sale con
diatur. Cum vagantem quempiam
et lubricum videmus ammone
dus est ut coniugio refrenare
studeant iniquitate sua quatenus
per hoc quod licet discat superare quod
non licet. Cum coniugatum vide
mus ammonendus est ut sic ex
ercet curam seculi ne postponat
amorem dei sic placeat voluntati
coniugis ut non displiceat condi
tori. Cum clericum videmus am
monendus est quatenus sic vivat ut
exemplum vite secularibus prebe
at ne si quid in illo iuste rep
hendat eius vitio ipsa religio
nis nostre estimatio gravet. Cum
monachum videmus ammonendus
est ut reverentiam habitus sui in
actu in locutione in cogitatione

sua

-ua semp et min spiat rea que
-pue mundi sine pfce deserat et
-sd ondit humanis oculis hitu
-hoc ante dei oclos moribus p
-tendat. Iste itaque iam sens est
-amoneatur ut cesset ille vero
-adhuc iniquus e amoneat ut
-se corrigat cuius quisquis se ad
-necdotem impendit sale sermonis
-illius cordibus recedat. Sed fres
-kmi nobiscum pelliate cogitate
-q et ponimus minus impedite oi
-potenti deo fructum vos reddere
-de negocio quod accepistis pate
-sed ista que dicimus melius
-apud nos orando que loquendo ob
-tinebimus. Deus qui nos pasto
-res in plo vocari voluisti prest
-a sumus ut hoc quod hic humano
-ore dicimur in tuis oculis esse va
-leamus per dominum nostrum ihesum xpistum

In natali sanctorum apostolorum Sy
monis et Iude

In illo tempore Misit ihesus xii discipulos suos precipiens eis a
dicens. In viam gencium ne abieri
tis et in civitates Samaritano
rum ne intraveritis sed pocius ite
adoues que perierunt domus israel

Omelia lectionis eiusdem beati gregorii
pape habita ad populum in basilica sancti

Cum constet. Stephani
omnibus fres kmi quod re
demptor in mundum predicatione
gentium venit cum samarita
nos cottidie ad fidem vocatum conspicimus

quid est hoc quod in predicatione discipulos mittens dicit. In viam gencium ne abieritis et in civitates Samaritanorum ne intraveritis sed ite pocius adoues que perierunt domus israel nisi hoc quod ex facto sine colligimus quia prius soli iudee voluit et postmodum cunctis gentibus predicari ut dum illa conversi vocata renueret predicatores sancti ad vocationem gencium per ordinem venirent. Ut eius redemptoris nostri predicacio a suis repulsa gentiles populos quasi querens quereret et quod iudee fiebat in dampnacionis testimonium hoc gentibus ipso esset in munimentum. Erant enim tunc qui de iudea vocandi essent et de gentibus vocandi non essent. Unde in actibus apostolorum predicante petro legimus tres milia hebreorum tunc milia etiam quinque milia credidisse et tamen in predicatione apostoli gentibus in Asya verbum habuisse prius prohibiti esse memorantur. Et tamen qui prius predicacionem prohibuit hic asyanorum cordibus postmodum infudit. Unde diu est quod asya iam cuncta credidit. Ideo quod prius prohibuit quod postmodum fecit quia tunc in illa erant qui nec dum ad vitam mererentur reparari nec tamen de contempta predicatione gravius iudicari. Subtili ergo occultoque iudicio aquorundam auribus predicacio sancta subtrahit quod suscitari per gratiam non

moveatur. Unde necesse est fratres karissimi ut
in omne quod agimus omnipotentis
dei super nos consilia occulta time-
amus ne dum mens nostra exterius
fusa consua sed voluntate non reno-
vat intus contra eam iudex terribi-
liter adversa disponat. Quod bene
psalmista intuens ait Venite et vide-
te opera dei quam terribilis in consiliis
super filios hominum. Vidit namque quod
alius misericorditer vocatur alius ius-
titia exigente repellitur et quia
alia parcendo alia dominus irascendo
disponit expavit quod penetrare non
potuit et quem non solum investiga-
bilem in quibusdam suis sententiis
sed etiam inflexibilem vidit terribi-
lem in consiliis esse memoravit. Missis
autem predicatoribus quid precipiatur
audiamus. Euntes predicate dicen-
tes quia appropinquabit regnum celorum. Hoc
iam fratres karissimi etiam si ewangelium tace-
at. Totus mundus clamat. Ruine
namque illius voces eius sunt. Qui
enim tot attritus percussionibus a glo-
ria sua cecidit quasi iam nobis e-
proximo regnum aliud quod sequitur
ostendit ipsis iam etiam quibus amatur
amarus est. Ipse eius ruine p-
redicant quod amandus non est. Si e-
nim ruinosa sua domus quassata mina-
tur quisquis in illa habitaverit fu-
geret et qui stantem dilexerit cade-
re quanto citius accedente festinaret.

Si igitur mundus cadit et nos eum
amando amplectimur opprimi vo-
limus potius quam habitare. Nulla
nos ratio animam illius nos sepa-
rat quos eius passionibus amor
ligat. Facile ergo nunc est iam cum
destructa omnia cernimus animum
nostrum ab eius dilectione disiungere. Sed
hoc illo in tempore difficillimum fuit
quo tunc predicatores mittebantur reg-
num celorum invisibile cum longe late-
que omnia cernerent florere regna terra-
rum. Unde et donata sunt predicatoribus
sanctis miracula ut fidem verbis dar-
et virtus ostensa et nova facerent qui
nova predicarent. Dicitur in hac ea-
dem lectione Infirmos curate
mortuos suscitate leprosos mun-
date demones eicite. Florente mun-
do crescente humano genere diu in
hac vita subsistente carne ex-
uberante rerum opulencia quis
audiret vitam esse aliam crederet
quod invisibilia visibilibus preferret.
Sed ad salutem redeuntibus infir-
mis ad vitam resurgentibus mor-
tuis carnis munditia receptis
leprosis ereptis a ruine immundo
spiritu demoniacis tot visibili-
bus miraculis exactis quia non
crederet quod de invisibilibus au-
diret. Ad hoc quippe visibilia
miracula choruscant ut corda
audientium ad fidem invisibilium

constabant ut per hoc quod mirum
foris agitur hoc quod intus est
longe mirabilius esse sentiatur
Unde nunc quoque cum fidelium nume-
ritas excrevit intra sanctam ecclesiam
multi sunt qui vitam virtutum
tenent sed signa virtutum non habent
quia frustra miraculum foris
ostenditur si deest quod intus
operetur. Nam iuxta magistri gentium
vocem lingue in signum sunt
non fidelibus sed infidelibus. In-
sulam veniens patrem Publii dis-
senteria febribusque vexatum
oratione salvavit. Hinc ipse pre-
dicator egregius qui ad predicationis
verba dormitantem cadentemque de
fenestra Eutichium atque a vita
funditus extinctum coram cunctis
infidelibus oratione suscitavit
peregrinationis sue comitem iste
predicationis adiutorem Thymo-
theum ex infirmitate stomachi
lassescentem non verbo curat sed me-
dicinali arte medendo recreat dicens
modico vino utere propter stomachum
et frequentes tuas infirmitates. Cum
ergo in insula infidelem una prece
salvat cur egrotum socium pre-
ce non roborat. Quia nimirum ille
foris per miracula sanandus erat
qui vivus intus non erat. Ut per hoc
quod potestas exterior ostenderet hunc ad
vitam interior virtus animaret.
Egroto autem socio fideli exhi-
bendo foris signa non fuerant qui
salubriter intus vivebat. Sed
concessa potestate predicationis concessi-
biliter miraculis quid redemptor
noster subiungat audiamus. Gra-
tis accepistis gratis date. Presciebat
namque nonnullos hoc ipsum donum
accepti spiritus in usum negociationis
inflectere et miraculorum signa in
avaritie obsequium declinare. Hinc
est enim quod Symon per impositionem
manus edita miracula conspi-
ciens percipere donum sancti spiritus pecunia
voluit scilicet ut deterius venderet
quod male compararet. Hinc de templo
redemptor noster flagello de resti-
culis facto turbas eiecit cathedras
vendentium columbas evertit. Co-
lumba quippe vendere est impo-
sitionem manus per quam spiritus sanctus acci-
pitur non ad vite meritum sed
ad premium dare. Sed sunt non-
nulli qui quidem nummorum pre-
mia ex ordinatione non accipiunt
et tamen sacros ordines pro huma-
na gratia largiuntur atque de largitate
eadem laudis solum non retributionem
querunt. Hii nimirum quod gratis
acceptum est gratis non tribuunt quia
de impenso officio sanctitatis num-
mum favoris expetunt. Unde bene cum iustum

bium describeret propheta ait qui ex
cutit manus suas ab omni munere
Neque enim dicit qui excutit ma
nus suas a munere sed adiungit ab
omni quia aliud est munus ab ob
sequio aliud munus a manu aliud
munus a lingua. Munus quippe
ab obsequio est subiectio indebite
impensa munus a manu pecunia
munus a lingua favor. Qui ergo
sacros ordines tribuit tunc ab om
ni munere manus excutit qui in
divinis rebus non solum nullam
pecuniam sed etiam humanam gratiam
non requirit. Sed vos fratres karissimi qui
sunt corporositatis mentis a clericis
ad nos venositate cuncta gratia
vos vicissim conversationis agite. Nolite
operis vestri in hoc mundo retributionem
querere quem tam celeri tam veloci
tate cernitis defecisse. Sicut ma
la acta abscondi voltis ne vi
deantur ita et bona ne ad humanam
laudem appareat. Cavete me ma
la quoque modo ne bona pro tem
porali retributione faciatis ipsum
testem. Deum operis querite quem
iudicem sustinetis. Occulta sunt
esse horrea vestra indicat ut ea re
tributionis suo tempore in publico on
dat. Sicut carni vestre ne defi
ciat cibus cottidie prebetis sic
mentis vestre cottidiana alimenta
bona sint opera. Cibo corpus pas
citur pio opere spiritus nutriatur
quod moriture carni tribuitis vic

ture impetum que non nega
tis. Si quando repentinus ignis
habitaculum assumit quisque cum
possessor extiterit rapit quod volu
erit et fugit longe deputat si quid
secum ex ignibus tollat. Ecce tri
bulationum flamma mundum concre
mat et cuncta que in eo speciosa vide
bantur sunt iam proximus velud ig
nis devastat lucrum ergo fratres karissimi
maximum credite si nobiscum ali
quid de illo rapitis si quid fugi
endo tollitis si hoc quod perire
manendo poterat ad retributionem
nobis perpetua largiendo servatis.
Terrena quippe omnia servando ami
timus sed bene largiendo servamus
Cum velocitate tempora fugiunt ad
videndum certo citius iudicem
nimium quia tam magna importune
impellimur et bonis actibus cum fe
natione preparemur ipso adiuvante
qui vivit et regnat per omnia secula amen

Fratres sci Ad Romanos
mus quoniam diligentibus deum
omnia cooperantur in bonum his qui
secundum propositum vocati sunt sancti

Omelia beati Gregorii de eadem
Illi diligit. lectione etc.
deum qui mandata eius cu
stodit et servat. Sic dominus
Si quis diligit me sermonem
meum servabit hoc dicit quia dili
gentes deum et mandata eius servantes
et qui secundum propositum sine personali

omnipotentis dei ad hoc vocati sunt
dicti ut sancte (?) vineam sic sint di-
sponunt aliqui inepte contra suam utilita-
tem petunt. Sicut paulus et filii
zebedei deus omnipotens cooperatur
illis in bonum et non claudendo que pe-
tunt aut ea mutando aliud pro
ipso quod petunt. Neque imputat
illis in peccatum sed attribuit quod dicti
sunt amatoribus deum. Bene
autem dicit cooperatur illis qui pe-
tunt quia cooperatur deus omnipo-
tens implendo que ad salutem illo-
rum pertinet. Itaque quos prescivit
subaudis esse credituros in fide
sua prima sinceros illos et predesti-
navit et preordinavit conformes
fieri ymaginis filii sui id est similes
filio in gloria humanitatis sue qui
reformabit corpus humilitatis
nostre sicut idem apostolus ibidem alibi
dicit configuratum corpori claritatis
sue licet enim in potentia non
simus equales illi tamen in gloria
et in immobilitate et incorruptione
erimus similes ei quia videbimus eum
sicuti est vel ita eadem (?) predestina-
vit eos conformes fieri ymaginis
filii sui ut sicut xpistus peccatum
non fecit nec dolus inventus est in
ore eius ita illi qui fratres
volunt existere domini nostri ihesu xpisti
non habeant voluntatem peccandi
ut sit ipse primogenitus in multis

fratribus. Omnis unigenitus potest
dici primogenitus. Omnis quia (?) cum pri-
mus aperit vulvam matris nascen-
do nec habet alios fratres propter ea
et primogenitus est et unigenitus. Cui
vero primus editur ab utero ma-
tris et hic postmodum fratres propter eos pro-
creantur (?) primogenitus est. Filius autem
dei redemptor generis humani si
digna consideratione spectemus (?)
tam secundum divinitatem quam secundum humanitatem
et unigenitus et primogenitus est pre-
dicandus. Unigenitus quidem est secundum
divinitatem quia in natura divinitatis non habet
alios fratres. Primogenitus vero quia
ante omnem creaturam non factus sed geni-
tus est sicut per salomonem dicit
Ego sapientia ex ore altissimi pro-
divi primogenita ante omnem creatu-
ram. Secundum humanitatem autem unige-
nitus quidem dici potest beate
marie et primogenitus in multis fratribus
adoptivis quia ipse surrexit a
mortuis primus et ascendit ad
celos. Isti sunt fratres de quibus dixit
ad mariam vade ad fratres meos et
dic eis. Fratres enim illius dicuntur
omnes fideles in hoc quia homo
dignatus est fieri. Sed is qui
frater noster secundum carnem ipse dominus et
deus non est secundum divinitatem. Quos
autem predestinavit prefinivit
secundum regnaturos in eterna beati-
tudine hos et vocavit quoque

ad diem iudicii. Et quos vocavit
secundum propositum suum ut permaneret
semper in gloria hos et iustificavit
per passionem suam per baptismum per fidem
et ornatam bonis operibus et iusti
ficabit usque ad finem seculi. Quos
autem iustificavit illos et glorificavit.
Preterito tempore utitur apostolus in hoc
loco pro futuro quod dicit glorifica
verit morem sacre scripture tenens que
sic solet narrare futura quasi preterita.
Illos enim quos vocavit et iustifi
cavit in presenti seculo hos glorifi
cabit in die iudicii. Sicut idem
Apostolus alias dicit. Cum christus appa
ruerit vita vestra tunc vos ap
parebitis cum illo in gloria. Quid
ergo dicemus ad hec subaudis quo
diximus de vocatione iustificatione
et glorificatione id est quas gratias actiones
reddemus illi qui gratis nulli
que meritis precedentibus antequam esse
mus nos destinavit regnaturos
secum ac postea vocavit et iusti
ficavit ad ultimum etiam glorifica
vit. Tale est et illud psalmiste. Quid
retribuam domino pro omnibus que retri
buit michi potest etiam intelli
gi. Quid predestinatione dei contra
dicere possum. Si omnes nos pre
destinavit ad hec ut regnemus
cum illo. Si deus pro nobis subau
dis est quis pugnat qui predestina
vit iustificat et glorificat quis
contra nos valet pugnare nul
lus neque dyabolus neque vos sine
quibuslibet persecutor qui etiam filio
suo proprio non pepercit id est a morte non
servavit sed pro nobis omnibus tradi
dit predestinatis videlicet etiam
Et ipse pater tradidit filium
quod tamen dicitur permisit multi sunt modis
est ipse traditus. Hoc verbum
quod est parcere alii sumunt dimit
tere ut illud in evangelio parce ty
thara metuas id est dimitte me
tum. Alii sumunt servare sicut hic
qui filio proprio non pepercit. Unde
apes parce vocantur id est serva
trices quia servant sua melli.
Quomodo etiam non cum illo omnia
nobis donavit. Hoc maxime
ad apostolos refertur quibus ait
veritas. Cum sederit filius hominis
in sede maiestatis sic sedebitis
et vos super xii sedes. Potest referri
ad omnes predestinatos qui in
capite suo christo omnia possidet.
Cum enim omnis creatura longe
incomparabiliter distet a filio dei
quid facit. Si deus pater in tantum
nos dilexit ut pro nobis traderet
filium utique potest in nobis ista
implere. Quis accusabit adver
sus electos dei dyabolus accusa
electos dei. Sicut accusavit beatum
Job sed accusando merita non mi

mut quia vir iustus eius ad
ista pacient' sustinuit Konrad
ante quia h' sententia sm bonu
Augustinum p interrogacionem et
percunctacionem legi debz. Et sic
ipse ait percunctacioni multa
possunt videri interrogacioni
ante aut affirmative debz res
ponderi etiam aut negative non
pnunciabit q' ita ut post con
tencionem qua dicimus quis
accusabit adversus electos dei
illud quod sequitur deus qui
iustificat enunciatur sono in
terrogatis ut tacite videatur
non similiter illud quod sequitur
Quis est qui eos dampnet pro
tando legem dum est ut inse
rat interrogando xpus qui mor
tuus est ymo qui resurrexit
subintelligitur tacite non rest
pondebis. Unde xpus qui mortuus
est pro nobis resurrexit ut nobis
donaret eos dampnavit nos. Non
utique s' potius salvavit. Hoc
ideo quod sequitur. Qui ad dexte
ram patris. Qui etiam interpel
lat pro nobis non iam interrogando
s' potius affirmando pnunciandus
est qui est ad dexteram dei i. in ple
nitudine rmatt'e patrie ma
iestatis qui etiam interpellat p
nobis deum patrem non voce
s' miseracione dum cottidie

humanam que assumpsit et missi
num genus mortis quod pro nobis
sustinuit vultu patris offert
ut nri misereatur. Quis nos se
parabit a caritate xpi. Ad superiora
ptinet ubi ait quod non sunt condigne
passiones huius temporis ad futuram
gloriam quia omne quod in presenti est
operacione futuri momentaneum
est. Ideo alloquitur romanos ne
deficerent in tribulacionibus vide per
tua consideracione paulum. Quem po
tuit illos ostendere vos quia a cari
tate xpi disiungere. Stephanus la
pidibus obrutus laurencius as
tulatus non potuit a xpo separari
qui ita erat mente deo copule
ti ut insensibiles essent ad om
tormenta tollerare. Unde nos se
parabit tribulacio an angustia
Angustia dicitur omnis necessitas
omnis scilicet indigencia persecucionis
mali. Ipam persequi est aperte
vim inferre periculum multis vel
accipitur. Gladius p t sig'x
quelibet genera suppliciorum. Fames
et nuditas non poterat eos separa
re quia habebat panem verum
xpm qui corpus spiritualiter paste
bat et vestiebat. Sicut alibi apo
stolus ait. Quotquot in xpo baptizati
estis xpm induistis. Quia
propter te morte afficimur tota die
vox martirum ad xpm. Tota die

dicit idem omni tempore quia diu vivimus
Quia qui perseveraverit usque in fi
nem hic salvus erit i. coronabitur
Non enim sufficit uno die pro xpo tri
bulacionem sustinere sed omni tempore sine
cessitas fuit. Estimati sumus sicut
oves occisionis que occiduntur sine
reluctatione. Sicut oves ingemit
non reluctantes cum ad mortem du
cuntur ita et nos non reluctantes
dum occisioni paramur. Sed in hiis
omnibus tribulacionibus tormentisque
positi superamus [illegible] propter
eum qui dilexit nos usque ad mor
tem quia pro nobis est mortuus et
qui nobis dixit. Nolite timere
eos qui corpus occidunt animam autem
non possunt occidere. Certus sum
enim quia neque mors que infligi
tur potest nos separare a caritate
xpi. Non dixit opinor. Sed certus
sum quia neque vita sub mediis hec
prius que in longinquum abnega
toribus xpi promittit. Et est sensus
Si [illegible] mihi fuit neque mor
tem omnibus crudeliorem aut
vita in presenti seculo omnibus feli
ciorem non potest me separare a
fide xpi sed neque alios coapostolos
meos. Neque angeli sub mediis
maligni qui se transfigurant in
angelos lucis vel secundum illud Si
angelus de celo evangelizet vo
bis preter quod evangelizavimus
anathema sit. Et est sensus

Et si angelus de celo vellet
me separare a caritate xpi quod
fieri non potest possunt me ab
ea separare. Neque principatus i.
contrarie potestates demonum que
alias principantur de quibus apostolus
dixit in epistola ad ephesios Non
est vobis colluctatio adversus
carnem et sanguinem sed adversus
principes et potestates adversus mundi
rectores tenebrarum harum
Neque virtutes contrarie demo
num que suis principibus con
sistunt neque instancia id est presen
cia bona que mundantur neque fu
tura sub mediis bona vel mala
istius seculi neque fortitudo i. dya
bolus princeps demonum de quo
dicitur Cum fortis armatus cus
todit atrium suum neque altitudo
i. astrologia. Neque profundum i.
nigromancia que inferni ipsum scru
tatur per quod multa [illegible]
batur a fide. Et est sensus Etiam
si omnes astrologi et mathema
tici hec est astrologi [illegible]
qui se fatentur viciorum fidem
penetrare contra me surrexerint
contra nos vel etiam illi qui per
nigromanciam mortuorum animas
ab inferis revocant sicut illa
phitonissa revocavit Sa
muel [illegible] neque potuit nos

separare a caritate dei. Neque creatura
alia idem si aliqua creatura est
sursum et deorsum preter istas quas
dixi nec ipsa poterit nos in aliam
partem flectere vel secundum Augusti-
num alia creatura intelligitur
homo qui se potest a caritate dei
separare male vivendo et est sensus
neque alia creatura quam nos ipsi po-
terunt nos separare a caritate
dei que est in Christo Ihesu. Nos ta-
men possumus nos male ab
ea separare vivendo. Mentes enim
sanctorum ita sunt deo qui summus
spiritus est per caritatem coniuncte ut in-
ter illas et deum nulla creatura sit
media quia qui adheret domino
unus spiritus est. Amen. Sequitur

In festivitate omnium sanctorum

In illo tempore. Cum vidisset
turbas Ihesus ascendit in montem
et cum sedisset accesserunt ad eum
discipuli eius et aperiens os suum
docebat eos dicens. Beati pau-
peres spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum etc.

Omelia lectionis eiusdem. Beati

Si queratur Augustinus episcopus
quid significet mons bene
intelligitur significare maio-
ra precepta iustitie quia minora
erant que Iudeis data sunt.
Unus tamen deus per sanctos prophetas
et famulos suos secundum ordinatissimam
distributionem temporum dedit minora
precepta populo quem timore adhuc
ligari oportebat et per filium suum
maiora populo quem caritate iam
liberari conveniebat. Cum autem minora
minoribus maiora maioribus
dantur ab eo dantur qui solus
novit congruenter suis temporibus
generi humano exhibere medicinam.
Nec mirum est quod dantur maiora
precepta propter regnum celorum
et minora data sunt propter regnum
terrenum ab eodem uno deo
qui fecit celum et terram. De hac
ergo iustitia que maior est dicitur
per prophetam. Iustitia tua sicut
montes dei. Et hoc bene significat
quod ab uno solo magistro docendis
tantis rebus ydoneo docetur
in monte. Sedens autem docet
quod pertinet ad dignitatem magis-
terii. Et accedunt discipuli eius
ad eum ut audiendis illis verbis
hii essent etiam corpore viciniores
qui preceptis implendis animo
appropinquabant. Et aperiens os suum
docebat eos dicens. Ista circumlo-
cutio qua scribitur Et aperiens
os suum fortassis ipsa mora com-
mendat longiorem futurum esse
sermonem nisi forte non vacet
quod nunc dicitur aperiens os suum
qui ipse in veteri lege aperire
solebat ora prophetarum. Quid ergo dicit

Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est
regnum celorum legimus scriptum de
appetitione rerum temporalium omnia
vanitas et presumpcio spiritus presumpcio
autem spiritus audaciam et presumpcionem
significat vulgo etiam magnum spiritum
superbi habere dicuntur. Et recte
quidem spiritus etiam ventus vocatur
unde scriptum est. Ignis grando
nix glacies spiritus procellarum. Quis
ergo nesciat superbos inflatos dici tan-
quam vento distentos unde est etiam
illud apostoli sciencia inflat caritas vero
edificat. Quapropter intelliguntur
pauperes spiritu humiles et timentes deum
id est non habentes inflatum spiritum
aliunde omnino incipere oportuit
habitudinem siquidem perventuram
ad summam sapienciam. Inicium est sapientie
timor domini quia et econtrario inicium
omnis peccati superbia scribitur. Superbi
ergo appetant et diligant regna terrarum
beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum
celorum. Beati mites quoniam ipsi pos-
sidebunt terram illam credo terram de
qua in psalmo dicitur. Spes mea es tu
porcio mea in terra vivencium. Significat
enim quandam solliditatem et stabili-
tatem hereditatis perpetue ubi anima
per bonum affectum tanquam in loco
quiescat sicut corpus in terra
et inde cibo suo alatur sicut corpus
ex terra. Ipsa est requies et vita sanctorum.
Mites autem sunt qui cedunt impro-
bitatibus et non resistunt in malo
sed vincunt in bono malum. Rixen-
tur ergo immites et dimicent pro terre-
nis et temporalibus rebus. Beati mites
quoniam hereditate possidebunt terram
de qua pelli non possunt. Beati
lugentes quoniam ipsi consolabuntur luc-
tus est tristicia de amissione carorum.
Conversi autem ad deum ea que in
hoc mundo cara amplectebantur
amittunt. Non enim gaudent hiis
rebus quibus antea gaudebant
et donec fiat in illis amor eternorum
non nulla mesticia sauciantur. Con-
solabuntur ergo spiritu sancto qui maxime
propterea paraclitus nominatur id est consolator
ut temporalem amittentes lugentes
luctum eterna leticia perfruantur. Beati
qui esuriunt et siciunt iusticiam quoniam
ipsi saturabuntur. Iam istos ama-
tores dicit veri et inconcussi boni.
Illo ergo cibo saturabuntur de quo ipse
dominus dicit. Meus cibus est ut
faciam voluntatem patris mei quod
est iusticia et illa aqua de qua
quisquis biberit non siciet. Ut
idem dicit sed fiet in eo fons
aque salientis in vitam eternam.
Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam
consequentur vel quoniam ipsorum miserebi-
tur deus. Beatos esse dicit qui
subveniunt miseris quoniam eis ita
rependitur ut de miseria libe-
rentur. Beati mundo corde quoniam

ipsi deum videbunt. Et nota quod stul-
ti sunt qui deum istis exterioribus
oculis querunt cum corde videatur.
Sicut alibi scriptum est. Insipiente
cordis querite illum hoc est cum
cor mundum quod est simplex
cor. Et quemadmodum lumen hoc vi-
deri non potest nisi oculis mun-
dis ita nec deus videri potest nisi
mundum illud sit a quo videri
possit. Beati pacifici quoniam filii
dei vocabuntur. In pace perfectio
est ubi nichil repugnat. Et
ideo filii dei pacifici quia nichil
illius resistit deo. Et utique filii
similitudine patris habere debent. Pa-
cifici autem in semetipsis sunt qui
omnes animi sui motus compone-
ntes et subicientes racioni i. menti
et spiritui carnales quoque concupis-
centes edomitas fiunt regnum dei
in quo ita ordinata sunt omnia
ut illud quod in homine preci-
puum et excellens hoc imperet
ceteris non reluctantibus que sunt
nobis bestiisque communia atque idipsum
quod excellit in homine i. mens
et racio subiciatur pociori quod
est ipsa veritas unigenitus fili-
us dei. Neque enim imperare in-
ferioribus potest nisi superiori ipse
se subiciat. Et hec est pax que
datur in terra hominibus bone
voluntatis. Hec vita consummati
perfectique sapientis. De huius
regno pacatissimo et ordina-
tissimo missus est foras princeps
huius seculi qui perversis et ordinatis
dominatur. Hac pace intrinsecus con-
stituta atque firmata quascumque per-
secuciones ille qui foras missus
est forinsecus concitaverit auget
gloriam que secundum deum est non ali-
quid in illo edificio labefactans sed defici-
entibus machinis suis innotescere
faciens quanta firmitas intus constructa
sit. Beati qui persecucionem paciuntur
propter iusticiam a deo sequitur quoniam
ipsorum est regnum celorum. Sunt autem
omnes iste sine octo. Iam enim certe
compellans loquitur ad eos qui ad-
erant dicens. Beati eritis cum vos
oderint homines et persecuti vos fue-
rint. Superiores autem sententias genera-
liter dirigebat. Non enim dixit
beati pauperes spiritu quoniam vestrum est
vestrum regnum celorum. Neque beati
mites quoniam vos pos-
sidebitis terram sed quoniam ipsi possi-
bos altius attenderit xpm dicē
tem Si opa no fecissem i eis
que nemo alius fecit inveniet
ipm fecisse si qui quispiam
dei homo tale aliquid fecit pt
quippe ipse cuncta pscripsit nos
aut pt aliqd sine ipo xpus
nāqz cum pre et spu sco no sut
tres dii s3 unus deus de quo
scptū est. Benedictus dns deus
isrl qui facit mirabilia solus
Nemo g alius fecit quecumqz
in eis opa fecit qm quicumque
alius homo aliqd eorum fecit
ipo faciente fecit h3 aut non
illis fuactibus fecit Sequitur
in natali aplorum secundum Johē
In illo tempe dixit ihus
discipulis suis hoc est p
ceptū meū ut diligatis invi
cem sicut et ego dilexi vos Ome
lia lectōis eiusdem bti ggi pape
hita ad pplm i basilica sci pa
ncratii die nal eius
Cum cūcta
sacra eloquia dnicis
plena sit pceptis quid
est quod de dilcone qsi de singu
lari mādato dns dicit hoc est
pceptū meū ut diligatis in
vicem nisi quia omē mādatum
de sola dilcone est et omnia unū
pceptū est quia quidqd pcipitur
in sola caritate solidatur ut
enim multi arboris rami ex una

radice prodeunt sic multe vir
tutes ex una caritate generantur
nec h3 aliqd viriditatis ramus
boni opis si no manet in radi
ce caritatis. Pcepta ergo dnica
et multa sunt et unum. Multa p di
versitate boni opis unū i radice
dilcois. Qualiter aute ista
dilectio sit tenenda ipse insinuat
qui i pleris3 scripture sue sente
ciis et amicos iubet diligi i se
et inimicos iubet diligi pp ter
se. Ille enim veraciter caritate h3
qui et amicum diligit in deo
et inimicum diligit pp ter deum
Nam sunt no nulli qui diligunt
pximos s3 passionem cognationis
et carnis quibus tamen i hac
dilectione sacra eloquia no co
tradicunt. Sed aliud est qd
sponte impenditur nature aliud
quod pceptis dnicis ex caritate
debetur obedie. Hii qui nimi
rum et pximum diligunt et tamen
illa sublimia dilectionis pmia
no assequuntur quia amorem suum
no spualiter s3 carnaliter impe
dunt. Proinde cum dns ur diceret
hoc est mādatum meū ut di
ligatis invicem. protinus addi
dit sicut et ego dilexi vos. Ac
si apte dicat. Ad hoc amate
ad quod amavi vos. Qua i re
fres kmi solerter intuendum est
quod antiquus hostis dum mete

mentem ad terrenam temporalium delec-
tationem trahit insuper etiam contra nos
proximum excitat qui ipsa quae dili-
gimus auferre moliatur. Nec curat
antiquus hostis haec faciens ut ter-
rena tollat sed ut caritatem in nobis
feriat. Nam in odio repente exar-
descimus et dum foris invicti esse
cupimus intus graviter ferimus
dum parva foris defendimus intus
amittimus dilectionem. Omnis quippe
qui rapta tollit inimicus est. Sed
si odio coepimus habere inimicum
intus est quod perdimus. Cum ergo
aliquid exterius a proximo patimur
contra occultum raptorem interius vi-
gilemus qui numquam melius vincitur
nisi cum raptor exterior amatur.
Una quippe et summa est probatio cari-
tatis si et ille diligitur qui adversatur.
Hinc est quod ipsa veritas et crucis
patibulum sustinet et tamen ipsis suis
persecutoribus affectum dilectionis
impendit dicens Pater ignosce illis
quia nesciunt quid faciunt. Quid
ergo mirum si inimicos diligant
discipuli dum vivunt quando et tunc
~~magister~~ inimicos diligit magister cum
occiditur. Cuius dilectionis summam
exprimit cum subiungit. Maiorem
hac dilectione nemo habet quam ut
animam suam quis ponat pro ami-
cis suis. Dicebat ut perfecto nos
ostenderet quia cum diligendo lucrum
facere de inimicis possumus etiam
ipsi amici sint qui persequuntur.

Sed ecce nos usque ad mortem
nemo persequitur. Unde ergo
probare possumus an diliga-
mus amicos. Sed est quod in pace
ecclesiae fieri debeat unde clarescat
si in persecutionis tempore mori
pro dilectione valeamus. Ecce
isdem Johannes dicit Qui ha-
buerit substantiam huius mundi
et viderit fratrem suum necesse habere
et clauserit viscera sua ab eo
quomodo caritas dei manet in eo. Hinc
etiam Johannes baptista ait Qui
habet duas tunicas det non habenti.
Qui ergo tranquillitatis tempore
non dat pro deo tunicam suam quando
in persecutione daturus est animam
suam. Virtus ergo caritatis ut invicta
sit in perturbatione nutriatur primum
in tranquillitate quatenus omnipotenti
deo primum discat sua impendere
postmodum se. Sequitur Vos amici
mei estis. O quanta est misericordia con-
ditoris nostri. Servi digni non
sumus et amici. Quanta est dignitas
hominum esse amicos dei. Sed
audistis gloriam dignitatis au-
dite et laborem certaminis. Si feceritis
ea quae ego praecipio vobis. Ami-
ci mei estis si ea quae praecipio
facitis. Ac si aperte dicat. Gau-
detis de culmine pensate
quibus laboribus venitur ad cul-
men. Certe dum filii zebedei in-
tercedente matre quaererent ut unus

a dextris dei et alius a sinistris
sedere debuisset audierunt
potestis bibere calicem quem ego
bibiturus sum. Jam locum
celsitudinis querebant ad viam
illos vocatus revocat per quam ad cel-
situdinem venirent. Ac si dicat
Jam vos locus delectat celsitudi-
nis sed prius via exerceat laboris
per calicem attingitur ad maiesta-
tem. Si mens vestra appetit quod
demulcet prius bibite quod dolet
Sic per amarum poculum confectionis
pervenitur ad gaudium salutis
Jam non dicam vos servos quia
servus nescit quid faciat dominus
eius. Vos autem dixi amicos quia
omnia quecumque audivi a patre
meo nota feci. Que sunt omnia
que audivit a patre suo que non
fieri voluit servis suis. Ut eos
efficeret amicos suos nisi gaudia
interne caritatis et ista festa sup-
ne patrie que nostris cottidie men-
tibus aspirationem sui amoris
imprimit. Dum enim audita superna
celestia amamus amata iam
novimus quia amor ipse noticia
est. Omnia ergo eis nota fecerat
qui a terrenis desideriis immuta-
ti amoris summi facibus ardebant.
Istos vero amicos dei aspicie-
bat propheta cum dicebat Mi-
chi autem nimis honorati sunt
amici tui deus. Amicus enim
quasi animi custos vocatur

Quia igitur psalmista prospexit electos
dei a mundi huius amore separatos
custodire mandata celestibus
voluntate dei miratus est amicos
dei dicens Michi autem nimis
honorati sunt amici tui deus.
Et tamquam si ab eo peteremus causas
~~honoris~~ honoris tanti nobis insi-
nuari quesivimus illico adiungit
nimis confortatus est principatus
eorum. Ecce electi dei carnem do-
mant spiritum roborant demonibus
imperant virtutibus choruscant
presentia despiciunt eterna patriam
cum voce moribusque predicant
eam etiam moriendo diligunt atque
ad illam per tormenta pertingunt oc-
cidi possunt et flecti nequeunt.
Nimis ergo confortatus est principa-
tus eorum. In ista ipsa passione
qua ceciderunt in morte carnis
videte quanti fuit culmen mentis
unde hoc nisi quia confortatus est
principatus eorum. Sed magni for-
sitan pauci facti sunt. Subiungit
Dinumerabo eos et super arenam
multiplicabuntur. Totum mundum
fratres aspiciate martiribus plenus
est. Jam pene tot quot videmus
non sumus quod veritatis testes
habemus deo ergo innumerabiles nobis super
arenam multiplicati sunt quia quanti
sunt a nobis comprehendi non possunt
Sed quisquis ad hanc pervenit

dignitate ut amicus vocetur dei
sese ipse aspiciat. Dona autem que
percepit super se non suis meritis
non tribuat ne ad inimicitias
erumpat. Unde et subditur. Non
vos me elegistis sed ego elegi
vos ut eatis et fructum afferatis
posui ad gratiam plantavi ut ea-
tis volendo fructum afferatis ope-
rando. Eatis enim volando dixi
quia velle aliquid facere iam
mente ire est. Qualem vero fructum
afferre debeant subditur. Et fruc-
tus vester maneat. Omne quod secundum
presens seculum laboramus vix usque
ad mortem sufficit. Mors namque
interveniens fructum nostri laboris
abscidit. Quod vero pro eterna vita
agitur etiam post mortem servatur
et tunc apparere incipit cum laborum
carnalium ceperit fructus non videri.
Ibi ergo illa retributio inchoat ubi
ista terminatur. Quisquis ergo iam eterna
cognovit apud eius animum tempora-
les fructus vilescunt. Tales fruc-
tus operemur qui maneant tales
fructus operemur qui cum mors cunc-
ta interimat ipsi exordium a mor-
te sumat. Cum dederit dilectis
suis sompnum hec est hereditas domini.
Omnis qui dormit in morte perdit
hereditatem. Sed cum dederit dilectis
suis sompnum hec est hereditas domini
quia electi dei postquam venerunt
ad mortem tunc invenerunt

hereditatem. Sequitur. Ut quodcumque
petieritis patrem in nomine meo
dabit vobis et rursum alibi
per eundem evangelista dicit. Si quid
petieritis patrem in nomine meo
dabit vobis usque modo non petistis
quicquam in nomine meo. Si omne
quod petimus in nomine filii dat
nobis pater quid est quod Pau-
lus ter dominum rogavit et exaudiri
non meruit. Sed dictum est illi
Sufficit tibi gratia mea. Nam vir-
tus in infirmitate perficitur. Numquid
ille tam egregius predicator in
filii nomine non petiit. Quare
autem non accepit quod petiit.
Quomodo ergo verum est quicquid petie-
rimus patrem in nomine filii
dat nobis pater si auferri a se
angelum sathane petiit apostolus
Paulus in nomine filii et tamen quod
petiit non accepit. Sed quia
nomen filii ihesus est ihesus autem
salvator vel etiam salutaris dicitur.
Ille ergo in nomine salvatoris petit
qui illud petit quod ad veram
salutem pertinet nam si id quod non
expediat petitur non in nomine
ihesu petitur pater unde et eisdem
apostolis adhuc infirmantibus dicit
dicit. Usque modo non petistis in no-
mine salvatoris qui nescitis
querere eternam salutem hinc est
quod et paulus non exauditur
quia si liberaretur a temptatione

ei non proderat ad salutem. Ecce
videmus fratres karissimi quam multi
ad sollempnitatem martiris convenistis
genua flectitis pectus tunditis
voces orationis ac confessionis
emittitis faciem lacrimis rigatis
Sed pensate queso petitiones
vestras videte si in nomine ihesu
petitis i. si gaudia salutis eterne
postulatis In domo enim ihesu
ihesum non queritis si in eternitatis
templo importune pro temporali-
bus oratis. Ecce alius in oratione
querit uxorem alius petit villam
alius postulat vestem alius
sibi dari deprecatur alimentum
Et quidem hec cum desunt ab om-
nipotente deo petenda sunt. Sed
incessanter recolere debemus quod
ex mandato eiusdem nostri redemp-
toris accepimus. Querite ergo
primum regnum dei et iusticiam eius
et hec omnia adicientur vobis
Et hec itaque ab ihesu petere non est
erratum si tamen non nimie petan-
tur. Sed adhuc quod est gravius
alius postulat mortem inimici
eumque quem gladio non potest
persequitur oratione. Et tamen ad
hunc qui maleditur et tamen is
qui maledicit iam de morte
illius reus tenetur. Iubet autem
deus ut diligatur inimicus et tamen
rogatur deus ut occidat inimi-
cum. Quisquis igitur sic orat in

ipsis suis precibus contra condito-
rem pugnat. Unde et sub iudee specie dicitur
Fiat oratio eius in peccatum. Oratio
quippe in peccatum est illa petere que
prohibet ipse qui petitur. Hinc
Veritas dicit. Cum statis ad
orandum dimittite si quid habetis
in cordibus vestris. Cuius virtute
remissionis apertius ostendimus
Si unum testimonium testamenti veteris
proferamus. Ecce cum iudea conditorem
suum iusticia vitiis exigentibus
offendisset protectionem suam ab oratione
dux prohibens dicit. Non assumas
laudem et orationem pro eis. Si Moyses
et Samuel steterint coram me
non est anima mea ad populum istum
Quid est quod intermissis reliquis
tot patribus solus Moyses et
Samuel ad medium ducitur Quo-
rum vita obtineri debeat ostendi-
dum nec ipsi posse intercedere di-
cuntur. Ac si aperte dicat. Nec illos
audio quos propter magnum petitio-
nis sue meritum minime contempno
Quid est ergo quod Moyses et
Samuel ceteris patribus in postu-
latione preferuntur nisi quod duo hi
tantum in tota testamenti veteris
serie etiam pro inimicis suis legun-
tur exorasse. Unus a populo lapi-
dibus impetitur et tamen pro lapida-
toribus suis dominum deprecatur. Alter

expn̄cipaliter deleatur. Et tamen pec
catis ut exerceret fatetur dicens
Absit autem hoc peccatum in domino
quo minus cessem orare pro vobis
Si moyses et samuel steterint
coram me non est anima mea ad
populum istum. Ac si aperte dicat hos
illos meo patrocinio audeo quos
magne virtutis merito orare etiam
pro inimicis scio utique. Vis ergo oro
nis est celsitudo caritatis quia
tunc quisquis quod recte petit
adipiscitur cum eius animus in pe
ticione nec inimici odio fuscatur
Sed plerumque voluntate animum
vincimus etiam cum pro inimicis ora
mus fundit os pro adversariis preces
sed utinam cor teneat amorem
Ita sepe et oracionem pro inimicis
nostris impendimus sed hanc ex p
ceptione potius fundimus quam
ex caritate. Nam et vitam inimico
rum petimus et tamen ne exaudia
mur timemus. Sed quia internus
iudex mentem potius quam verba
considerat pro inimico nichil po
stulat qui pro eo ex caritate non
orat. Sed ecce in nobis inimicus
graviter delinquit dampna in
tulit iniurias lesit amatores
persecutus est. Retinenda hec essent
si remittenda nobis delicta non
essent. Advocatus non enim ut
peccatum nostrum in causa nostra composuit
et ipse eiusdem cause iudex est qui

advocatus precem ante quam compo
suit condicionem inseruit dicens
Dimitte nobis debita nostra
sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Quia ergo iudex
venit qui advocatus extitit
ipse precem exaudit quam fecit
Aut ergo non facientes dicimus
Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus de
bitoribus nostris. Et nos in hac ipsa dictione
amplius ligamus aut fortasse
hanc condicionem in oratione in
mittimus et advocatus noster precem
quam composuit non recognoscit
atque apud patrem dicit. Scio
quia meum non est ipsa oratio
quam feci. Quid ergo nobis agen
dum est fratres nisi ut vere
caritatis affectum impendamus
fratribus. Nulla in corde mali
cia maneat consideret omni
potens deus erga proximum ca
ritatem nostram. Ut nostris impendat
iniquitatibus pietate sua
memento quod monemur re di
mittite et dimittetur vobis. Ecce
et debetur nobis et debemus nos
dimittamus ergo quod debetur
nobis ut dimittatur quod debemus
a nobis. Sed ad hec mens re
nititur et vult implere quod audit
et tamen reluctatur. Ad nostras
omnibus consistimus quia ad ce
leste regnum ex qua morte per
venit scimus. Nos si pro xpo
cordis non ponimus saltem animi vicia

placabitur deus sacrificio tali appro
bat in iudicio pietatis sic vic
toriam pacis inuenit in tranquillitate cordis
vim aspicit et qui post vincentes
remunerat nunc decertantes animat
per ihesum christum dominum nostrum amen.

Omelia lectionis eiusdem beati augustini episcopi recitatur

Hoc est preceptum meum
ut diligatis inuicem
sicut dilexi vos. Siue
dicam preceptum siue mandatum ex
uno verbo greco utrumque interpretatur
quod est entole. Iam vero ista simul
et antea dixerat de qua me uo
bis ut potui disputasse memi
nisse debetis. Ibi enim sic ait.
Mandatum nouum do vobis ut
diligatis inuicem sicut dilexi vos
ut et vos inuicem diligatis
huius itaque mandati repetitio commen
datio est quod ibi mandatum inquit
nouum do vobis. Hic autem hoc est
inquit mandatum meum. Ibi tamquam
non fuerit ante tale mandatum hic
tamquam non sit aliud mandatum eius
Sed ibi dictum est nouum ne in ve
tustate nostra persisteremus hic dictum
est meum ne contempnendum pu
temus. Quod autem hic dixit
hoc est mandatum meum velud
non sit aliud. Quid putamus
fratres mei. Numquid non solum eius
de ista dilectione mandatum est qua
diligimus inuicem. Nonne est et aliud
maius ut diligamus deum. Aut
vero de sola nobis dilectione mandauit
ut alia non inquiramus. Tria certe
commendat apostolus dicens. Manet
autem fides spes caritas tria hec
maior autem horum est caritas. Et
si in caritate hoc in dilectione concluduntur
illa duo precepta maior tamen dicta
est esse non sola de fide quoque nobis
et multa mandata sunt et multa
de spe. Quis potest omnia colligere
quis enumerando sufficere. Sed intueamur
quod ait idem apostolus plenitudo est
legis caritas ubi ergo caritas est
quid est quod possit deesse. Ubi autem
non est quid est quod possit prodesse
Demon credit nec diligit nemo
diligit qui non credit. Frustra quidem
sed tamen potest sperare venia qui
non diligit. Nemo autem potest
desperare qui diligit. Itaque ubi di
lectio est dei et proximi ibi necessario
fides et spes et ubi dilectio proximi
ibi necessario est dilectio dei. Qui
enim non diligit deum quomodo diligit
proximum tamquam seipsum. Est quippe
impius et iniquus. Qui autem dili
git iniquitatem non plane diligit
sed odit animam suam. Hoc ergo pre
ceptum domini teneamus ut nos
inuicem diligamus et quicquid aliud pre
cepit faciemus quoniam quicquid est aliud
hic habemus. Discernitur quippe ista dilectio

abca dilectione qua se inuicem dili
gunt homines. Nam ut dixerunt
ad uictum est. Sicut dilexi vos
Ad quid enim diligit nos xpistus
nisi ut possimus regnare cum xpisto
Ad hoc et nos inuicem diligamus
ut dilectionem nostram discernamus a
ceteris qui non ad hoc se inuicem
diligunt quia nec diligunt. Eum
autem se propter habendum deum dili
gunt ipsi se diligunt. Ergo ut se
diligant deum diligant. Non enim
hec dilectio in omnibus hominibus
paucis se propterea diligunt. Ut sit de
us omnia in omnibus plenitudinem
dilectionis qua nos inuicem diligere
debemus fratres karissimi diffinnit
dominus dicens maiorem hac dilectionem
nemo habet quam ut animam suam
ponat quis pro amicis suis. Ex
quo superius dixerat hoc est manda
tum meum ut diligatis inuicem sicut
dilexi vos. Quibus verbis addi
dit quod nunc audistis maiorem
hac dilectionem nemo habet ut animam
suam ponat quis pro amicis suis
sit ex hoc consequens quod idem iste
euuangelista Johannes in epistola sua
dicit. Ut quemadmodum animam suam
pro nobis posuit. Sic et nos debemus
animas pro fratribus ponere diligentes
utique inuicem sicut ipse dilexit
nos qui pro nobis animam suam posuit.
Nimirum hoc est quod legitur in pro
verbiis salomonis. Si sederis

84

cenare ad mensam diuitis vel
potentis considerans intellige que
apponuntur tibi et sic mitte
manum tuam sciens quia talia oportet
te preparare. Nam que est mensa
potentis nisi unde sumitur corpus
et sanguis eius qui pro nobis posuit
animam. Et quid est ad eam sedere
nisi humiliter accedere. Et quid
est considerare et intelligere que
apponantur tibi nisi digne tan
tam gratiam cogitare. Et quid e
sit mittere manum ut sciens quoniam
talia oportet te preparare nisi quod iam
dixi. Quia sicut pro nobis animam
suam posuit. Sic et nos debemus
animas pro fratribus ponere. Sic enim
ait et apostolus petrus xpistus pro nobis
passus est relinquens nobis exemplum
ut sequamur vestigia eius hoc
est talia preparare. Hoc beati martires
ardenti dilectione fecerunt quorum
si non inaniter memorias cele
bramus atque in convivio quod
ipsi saturati sunt ad mensam
domini accedimus oportet ut quemadmodum
ipsi talia preparemus. Ideo quippe
ad ipsam mensam non sic eos com
memoramus quemadmodum alios
qui in pace requiescunt. Ut etiam
pro eis oremus sed magis ipsi pro nobis
ut eorum vestigiis hereamus quia
impleuerunt ipsi caritatem qua
dominus dixit esse non posse maiorem

Talia enim suis fratribus exhibue
runt qualia in mensa domini
perceperunt. Neque hoc ita
dictum sit quasi propterea domino Christo pa
res esse possimus si pro illo usque
ad sanguinis martirium duxerimus.
Ille potestatem habuit ponendi
animam suam et iterum sumendi. Nos
autem nec quantum volumus vi
vimus et morimur etiam si nolumus.
Ille moriens mox in se occidit
mortem ut nos eius morte libe
remur a morte. Illius caro non vi
dit corruptionem, nostra post corrup
tionem in fine seculi per illum induet
incorruptionem. Ille nobis non indi
guit ut nos salvos faceret, nos
sine illo nichil possumus facere.
Ille se nobis prebuit palmitibus
vitem, nos habere preter illum non
possumus vitam. Diligamus
ergo invicem sicut Christus dilexit
nos et tradidit semetipsum pro nobis.
Maiorem quippe hac dilectionem
nemo habet quam ut animam suam ponat
quis pro amicis suis. Cum quo sic
imitemur pia obedientia ut ei
nos comparare nulla presumamus
audacia. Cum dominus Ihesus quem 85
da superius caritate quam habuit nobis mori
endo pro nobis atque dixisset maio
rem hac dilectionem nemo habet quam
ut animam suam ponat quis
pro amicis suis, vos inquit amici

mei estis si feceritis que ego pre
cipio vobis. Magna dignatio. Cum
ergo servus bonus esse non possit
nisi precepta domini sui faciat, hic ami
cos suos voluit intelligi unde
boni servi possunt probari. Sed ut
dixi ista dignatio est ut dominus quos
novit servos suos dicat ami
cos suos. Necesse ut sciatis ad
servi officium pertinere precepta domini
sui facere. Alio loco servos utique
obiurgat dicens: Quid autem
vocatis me domine domine et non faci
tis que dico. Cum ergo dicitis domine
quod domini iussa faciendo quod
dicitis ostendite. Nonne servo obe
dienti ipse dicturus est: Euge serve
bone quia in paucis fuisti fide
lis super multa constituam te, in
tra in gaudium domini tui. Potest ergo
esse servus et amicus qui servus
est bonus. Sed quod sequitur atten
damus: Iam non dicam vos servos
quia servus nescit quid faciat dominus
eius. Quomodo igitur intellectu
ri sumus cum dicat iam non dicam
vos servos quia ~~sed~~ quod servus nes
cit quid faciat dominus eius. Ita
rem constituit amici et afferet
sui non cum uno utrumque maneat
sed ut alterum altero decedente
succedat. Quid est hoc? Ita ne
cum precepta domini facimus servi non

cimus quod boni servi faciunt.
Et quis potest contradicere veritati
que ait: Iam non dico vos servos.
Et cur hoc dixerit dicit quia servus
nescit quid faciat dominus eius.
Numquid non servo suo bono et probato
dominus eius non etiam sua secreta com-
mittit? Quid est ergo quod ait: Ser-
vus nescit quid faciat dominus eius,
nisi quia nescit quid faciat, nescit
nescit etiam quid precipiat? Nam
si et hoc nescit, quomodo servit? aut quomodo
servus est qui non servit? Et
tamen ipse dominus loquitur: Vos ami-
ci mei estis si feceritis que ego pre-
cipio vobis. Iam non dico vos
servos. O rem mirabilem, cum
servire non possimus nisi precepta do-
minica faciamus, quomodo precepta faci-
endo servi non erimus? Si servus non
ero precepta faciendo et nisi precepta
fecero servire non potero, quomodo faci-
endo servus non ero? Intelligamus
fratres, intelligamus, et hoc in nobis dominus
faciat etiam ut intellectum facia-
mus. Hoc autem si scimus, profecto
scimus quid faciat dominus, quia nos ip-
sos tales non facit nisi dominus, et hoc
ad eius amicitiam pertinemus. Sunt
enim duo timores qui faciunt
duo genera timentium; sic due sunt
servitutes que faciunt duo genera
servorum. Est timor quem perfecta caritas
foras mittit, et est alius timor
castus permanens in seculum seculi.

Illum timorem qui non est in
caritate attendebat apostolus cum
dicebat: Non enim accepistis
spiritum servitutis iterum in timore.
Illum autem timorem castum attende-
bat cum dicebat: Noli altum
sapere, sed time. In illo timore quem
foras caritas mittit, est etiam
servitus simul foras cum ipso ti-
more mittenda; utraque enim iunxit
apostolus, hoc est servitutem et
timorem, dicendo: Non enim acce-
pistis spiritum servitutis iterum in
timore. Ad hanc servitutem servum
pertinentem intuebatur et dominus di-
cens: Iam non dico vos servos, quia
servus nescit quid faciat dominus eius.
Non ille utique servus ad timo-
rem pertinens castum, cui dicitur:
Euge serve bone, intra in gaudi-
um domini tui; sed ille servus pertinens
ad timorem quem foras caritas mit-
tendum, de quo alibi dicit: Servus
non manet in eternum in domo,
filius autem manet in eternum. Quoniam
itaque dedit nobis potestatem fili-
os dei fieri, ut non servi sed filii
simus, ut miro quodam et ineffabili
sed tamen vero modo servi non servi
esse possimus. Servi scilicet timore
casto, ad quem pertinet servus in-
trans in gaudium domini sui; non
servi autem pro timore foras mitten-
di, ad quem pertinet servus non manens

in domo meretur. Vt autem tales
servi non simus quales dominus fatetur
scimus hoc servus ille nescit
qui nescit quid faciat dominus eius.
Et cum aliquid boni facit sic ex
tollitur quasi hoc ipse faciat non
dominus eius et gloriatur in se non in domino
gloriatur cum se ipse decepit
quia sic gloriatur quasi non acceperit.
Nos autem fratres ut amici dei
esse possimus quid dominus noster fa
ciat sciamus. Quando solum cum ho
mines verum etiam iustos ipse faciat.
Non enim spiritum huius mundi accepi
mus sed spiritum qui ex deo est ut
sciamus que a deo donata sunt
nobis. Ab ipso quicquid boni est
donatur. Ergo quia et hoc boni
est ab ipso utique donatur ut
sciatur a quo bonum autem donetur
ut omnis de omnibus bonis qui
gloriatur in domino glorietur. Dein
ceps queritur quomodo accipiendum sit
quod ait dominus vos autem dixi ami
cos quia omnia quecumque audivi
a patre meo nota feci vobis.
Quis enim audet estimare vel credere 86
ullum hominem scire omnia quecumque a
patre audivit unigenitus
filius cum nec hoc quidem quisquam
capit quomodo audiat a patre ullum
verbum cum ipse sit patris unicum verbum.
Quid quod aliquanto post in hoc ipso ser
mone est quod post cenam ante passionem

ad discipulos suos habuit. Multa
inquit habeo vobis dicere sed non po
testis illa portare modo. Quo igitur
pacto intellecturi sumus dictum
eum nota fecisse discipulis quecumque
audivit a patre cum propterea quidem
multa non dicat quia scit eos
modo portare non posse. Sed nimi
rum quod facturus est fecisse se
dicit quia ea que futura sunt fe
cit. Sicut enim ait propheta foderunt
manibus meas et pedes me
os. Non ait fossuri sunt velud
futura dicens. Ita et hoc loco ait
omnia se nota fecisse discipulis
que se novit nota esse facturum in illa
plenitudine scientie de qua dicit
apostolus. Cum autem venerit quod
perfectum est quod ex parte est evacua
bitur. Ibi quippe dicit. Nunc
scio ex parte tunc autem cognoscam
sicut et ego cognitus sum et
nunc per speculum in enigmate tunc
autem facie ad faciem. Ita et ipse
apostolus salvos nos dicit factos per
lavacrum regenerationis. Cum in
alio loco. Spe inquit salvi fa
cti sumus. Spes autem que videtur
non est spes. Quod enim videt quis
quid sperat. Si autem quod non videmus
speramus per patientiam expectamus.
Unde etiam apostolus petrus. In quem
nunc inquit non videntes creditis
in quem cum videbitis exultabitis gaudio

in enarrabili et honorato percipi-
entes mercedem fidei salutem anima-
rum. Si ergo nunc tempus est
fide salus ante animarum merces
est fidei quis dubitat in fide que
per dilectionem operatur peragendum
diem atque in fine fidei recipien-
dam esse mercedem non solum
redemptionem corporis nostri de qua
dicit apostolus petrus verumque eciam
rei felicitas isto tempore atque in
ista mortalitate in spe potius
habetur quam retinetur dum hoc mor-
tale est quod exterior homo in 1 cor.
adhuc corrumpitur interior autem i-
anima iam renovatur de die in diem
Itaque sicut immortalitatem carnis et
salutem animarum futuram expectamus
quamvis iam pignore accepto salui
facti esse dicamur ita omnium noti-
ciam quecumque unigenitus audivit
a patre futuram sperare debemus
quamvis iam hoc se fecisse dixit
xpistus. Non vos elegistis me in-
quit sed ego elegi vos. Hec illa in-
effabilis gratia. Quid enim eramus
quando xpistum non dum elegeramus et
ideo non diligebamus. Nam qui
non eum elegit quomodo diligit. Quid
ergo eramus nisi iniqui et perditi. Ne-
que enim iam credideramus in eum ut
eligeret nos. Nam si iam credentes
elegit electos elegit. Cur ergo di-
ceret non vos me elegistis nisi
quia misericordia eius prevenit nos. Hic certe

vacat vana illorum raciocinacio
qui prescienciam dei defendunt contra
graciam dei. Et ideo nos dicunt
electos ante mundi constitucionem
quia prescivit nos deus futuros
bonos ideo seipsum non facturum
bonos. Non hoc dicit qui dicit. Non
vos me elegistis qui si propterea
nos elegisset quia bonos futuros
esse prescierat simul eciam prescisset
quod eum nos fuissemus prius
electuri. Quid ergo elegit in
non bonis. Non enim electi sunt quia
boni fuerunt qui boni non essent
nisi electi essent. Alioquin gracia iam
non est gracia si precessisse contendi-
mus merita. Audi ingrata. Non
vos me elegistis sed ego elegi
vos. Non est ut dicas ideo electus
sum quia iam credebam. Si enim
credebas. Sed audi. Non vos
me elegistis. Quid ergo dictum
sumus audiendo non vos me
elegistis nisi quia mali eramus
ut boni per graciam nos eligentis
essemus. Et videte karissimi quemad
modum non eligit bonos sed quos
elegit faciat bonos. Ego in-
quit elegi vos et posui vos ut
eatis et fructum afferatis et fructus
vester maneat. Nonne iste est fructus
de quo iam dixerat. Sine me
nichil potestis facere. Elegit ergo
et posuit ut eamus et fructum afferamus

mus. Nullum itaque fructum unde
nos eligeret habebamus. Sed et
tis michi fructum afferatis. Simus
ut afferamus ipse via qua imus
in qua nos posuit ut eamus
proinde proinde in omnibus una eius
pervenit nos. Et fructus noster
ut maneat ut quodcumque petie
ritis patrem in nomine meo det
vobis. Maneat igitur dilectio. Ipsa
est enim fructus noster. Que dilectio
nunc est in desiderio nondum
in saturitate. Et per desiderium quodcumque
petierimus in nomine unigeniti
filii dat nobis pater. Quod autem
salvandis non expedit nobis non
existimemus petere in nomine
salvatoris quod pertinet ad rationem
salutis. Item de apostolis secundum
[In] illo tempore dixit Matheum
dixit Ihesus discipulis suis Vos
estis sal terre. Omelia Raba
ni episcopi de eadem lectione etc.

Sal appellantur apostoli quia
per ipsos universum hominum
condit genus. Terre
enim nomine humana natura signifi
catur. In salis vero nubi sapientia creditur
aut apostolus suos celesti ac di
vina sapientia plenos sal terre sal
vator nominat ostendit fatuos
esse iudicandos qui terrena cu
piunt qui temporalium bonorum vel
luxu copia se iactantes vel inopi
am metuentes amittunt eterna
que nec dari possunt ab hominibus
nec auferri. Condimentum autem quoque
salis naturam in fecunditate terre
facit. Unde et impius sepultum et po
suit terram fructiferam in salsugi
nem et quasdam urbes legimus
ira victorum sale seminatas ut nul
lum exinde germen oriretur. Allego
rice autem hoc bene convenit doctri
ne apostolice ut destructis adversariorum
munitionibus et Christi regno deiecto
sale sapientie compescat ulterius terre
nis humane terrenum seculi luxuriam atque
feditate germinare vitiorum. Item
quia sal ad condiendos cibos car
nesque siccandas aptum est. Recte de
signat quod predicatione evangelii
Christianus restringit voluptatum et
humana natura excessibus vermibus
et putredine peccatorum illesa servatur
suo conditori perpetuus custodiam
in deditorum. Bonum quippe dei ver
bum audiens frequenter sale sapientie
spiritalis cordis arcana condi
mento ipsum tunc apostolis sal terre fieri
i. eorum quos qui adhuc terrena sapi
unt in vetendis mentibus sufficere.
Ac si quis semel condimento veri
tatis illuminatus ad apostasiam
redierit quo alio doctore corri
gitur qui eam quam ipse gustavit
sapientie dulcedinem vel adversis seculi
perterritus vel illecebris allectus ab
iecit. Unde et subditur. Quod si sal eva-

nuerit in quo salietur ad nichilum
valet ultra nisi ut mittatur foras
et conculcetur ab hominibus i. si nos
per quos condiendi sunt quodammodo
populi metu persecutionum temporalium
amiseritis regna celorum qui erunt
homines per quos vobis error au-
feratur cum vos elegerit deus
per quos errorem aufferat ceterorum
Ergo ad nichilum valet sal infa-
tuatum nisi ut mittatur foras et
calcetur ab hominibus qui patitur
persecutorem sed qui persecutorem timendo
infatuatur. Calcari etenim non potest
nisi inferior. Sed inferior non qui
quamvis corpore multa in terra sustine-
at corde tamen fixus in celo est.
Sicut ergo sal infatuatum tam ad con-
diendos cibos carnesque siccandas
valere desierit nullo iam usui
aptum erit neque enim ut alius
testatur evangelista in terram utile est
cuius iniectu fecundare perhibetur
neque in sterquilinium agriculture
profuturum quod vim acribus licet glebis
inmixtum non fovere semina frugum
sed extinguere solet. Sic omnis qui
post cognitionem veritatis retro re-
dierit neque ipse fructum boni ope-
ris ferre neque alios excolere va-
let sed foras mittendus hoc est
ab ecclesie unitate secernendus ut
iuxta alia parabola irridentes cu-
ncti dicant quia hic homo cepit edifi-

care et non potuit consummare.
Vos estis lux mundi i. luce vera
que Christus est illuminati apostoli lux
mundi appellantur quia per ipsos luce
fidei et scientie illuminandus erat mundus.
Nam quod superius sal terre significati
idem sunt nominati sic nunc lux
mundi esse non corporaliter sed spiri-
taliter sunt intelligendi. Terra
vero accipienda est non quam pedibus
corporeis calcamus sed homines
qui in terra habitant vel etiam pecca-
tores quorum condiendis et extinguen-
dis fetoribus apostolorum salem
dominus misit. Et hic mundum non
celum et terram sed homines qui sunt in
mundo vel diligunt mundum oportet
intelligi quibus illuminandis apostoli
missi sunt. Naturale namque luminis
est ut luce quocumque feratur e-
mittat illatumque edibus tenebris
intimat luce diuinitate. Igitur mun-
dum contra cognitionem dei positus obscu-
rabat ignorantie tenebris cum
per apostolos sue lumine venit et
cognitio dei claritatem depellens
eorum corpusculis quotcumque in-
cesserint lux tenebris insta-
Non potest civitas abscondi supra
montem posita hoc est apostolice
sublimitas doctrine super insignem
magnamque in sacra fundata
quia sicut etiam ipse mos in quo
disputat dominus. Potest ergo mons

iste ipm xpm significare de quo
scriptum e. Venite ascendamus
ad monte dni ciuitas vo tota
etiam xpi in eius fide fundata
que ex multis gentibus tamqz
ex multis lapidibus est constructa
Conglutinata aut bitumine
caritatis et vnitate fidei sz tuta
sit in transitibus sz laboriosa ab
euntibus custodit habitatores
recludit inimicos et contra oes
insidias inimicorum hoc est
iudeorum paganorum siue etia he-
reticorum manet insuperabilis hac
ciuitatem prefigurabat sex vr-
bes refugii in montibus posite
quia ipa in monte hoc palam
posita Realiter refugium sit oibz
confugientibus ad se ab inimico
dyabolo. Neqz accendunt lucer-
nam et ponunt eam sub modio
sed sup candelabrum ut luceat
omnibus qui in domo sunt. Hoc
pluribus etia atqz similitudinibus
domesticis docet aplus fiduci-
am here predicandi ne abscondan-
tur ob metum sz sint sicut lucerne
sub modio et tanta libertate se
prodant ut quod audierunt in cubi-
culis predicent in tectis. Ponere
ergo est lucerna sub modio superio-
rem facere corporis comoda quam
predicationem veritatis ut ideo
quisqz veritatem non predicet
dum timet ne aliquid in rebus

corporalibus et temporalibus molestie
patiatur. Sub modio ergo lucerna
ponit quisquis lucem doctrine hoc
comodis temporalibz obscurat et
tegit. Sup candelabrum autem
qui corpus suum in ministerio dei subi-
cit. Ut superior sit predicatio verita-
tis inferior seruitus corporis propter
tamen corporis seruitute excellentior
luceat doctrina que per officia corpalia
et per vocem et linguam ceteros corporis
motus in bonis operibus insinuatur
discentibus. Sup candelabrum
ergo lucerna posuit qui ait castigo
corpus meum et seruituti subicio
ne forte cum aliis predicauero ipe
reprobus efficiar. Potest et lucerna hec
sup humanitate saluatoris intel-
ligi. Ipse quippe lucerna accendit
qui testam humane nature flamma
sue diuinitatis. Qua profecto lucer-
nam nec credentibus abscondere
nec modio subponere hoc est sub
mensura legis includere vel intra
vnius iudee gentis terminos noluit
cohibere. Candelabrum etiam dici-
tur lucerna sup posuit quia nuis
in frontibz fidem sue incarnacio-
nis affixit ut qui ciuitatem fidelis
ingredi voluerint huius verita-
tis palam querant incarnacionem. Vnde
luce ait. Ut luceat oibus qui in do-
mo sunt. Tertium potest significare ut sur-
cundiuis ipadz hitaz homi hec

est mundum. Sic luceat lux vestra predicatorum in ecclesia ut etiam hii qui intus sunt lumen videant et ad eos qui foris sunt lucis radios spargat ut ipsi quoque aberrorum et peccatorum tenebras infugiant et ad lucem vere fidei convenire festinent unde et subditur. Sic luceat lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum qui in celis est. Si tamen diceret Sic luceat lumen vestrum coram hominibus ut videant bona facta vestra finem constituisse videretur in laudibus hominum quos querunt ypocrite et qui ambiunt ad honores et capiunt inanissimam gloriam quos condempnat dicens. Si adhuc hominibus placerem servus Christi non essem et per prophetam qui hominibus placent confusi sunt quoniam deus vel fecit illos et iterum deus confringet ossa eorum qui hominibus placent. Et rursum apostolus. Non efficiamur inanis glorie cupidi et ipse iterum probet autem se homo et tunc in semetipso habebit gloriam et non in altero. Non ergo tantum dixit ut videant bona opera vestra sed addit et glorificent patrem vestrum qui in celis est. Ut hoc ipsum quod homo per bona opera placet hominibus non sibi finem constituat ut hominibus placeat sed referat hoc ad laudem dei et propterea placeat hominibus

ut in illo glorificetur deus hoc enim laudantibus expedit ut non hominem sed deum honorent sicut in ipso qui portabat dominus ostendit ubi admirate sunt turbe paralitico sanato virtutes eius sicut in ewangelio scriptum est. Timuerunt et glorificaverunt deum qui dedit potestatem hominibus talem. Nolite putare quoniam veni solvere legem aut prophetas. Non veni solvere sed adimplere. Propterea hortatus est audientes ut prepararent se ad omnia sustinenda pro veritate atque iusticia et non absconderet bonum quod accepturi erant sed ea benivolencia discerent ut ceteros doceret non ad laudem suam sed ad gloriam dei bona opera sua referentes incipit eos iam informare et docere quid doceant tanquam si quererent dicentes. Ecce volumus omnia sustinere pro tuo nomine doctrinam tuam non abscondere. Sed quidem hoc ipsum quod veritas abscondi et per quo iubes omnia tollerari. Sed numquid aliud dicturus es contraria que in lege scripta sunt. Non inquit. Nolite ergo putare quia veni solvere legem aut prophetas non veni solvere sed adimplere. Habet enim sententia sensus duplex est et secundum utrumque tractandum c. Ita qui dicit Non veni solvere

legem sed adimplere aut addendo
dicit quod minus habet aut
faciendo quod habet. Ergo pri-
us consideremus quod primo
posuimus. Vel qui addidit quod
minus habet non utique solvit quod
invenit sed magis perficiendo confir-
mavit. Omnia tamen ea que de se
prophetata sunt complere venit in-
humanatus. Omnia illa que an-
te infirmitate audientium rudia
et imperfecta fuerant complere iram
tollens et vicem talionis excludens
et occulta in mente concupiscenciam
habere prohibens. Amen quippe di-
co vobis donec transeat celum
et terra iota unum aut unus apex
non preteribit a lege donec omnia
fiant. Promittuntur celi novi et
terra nova que facturus est dominus deus.
Si enim nova creanda sunt conse-
quenter hec erunt transitoria. Quod
autem sequitur iota unum aut unus
apex non preteribit a lege donec
omnia fiant consignata lex ostendi-
tur quod etiam que minima putantur in
lege sacramentis spiritualibus plena
sunt et omnia recapitulantur in
evangelio. Inter litteras igitur iota minor
est ceteris quia uno ductu fit.
Apex autem etiam ipsius est aliqua
in summo particula. Quibus verbis
ostendit in lege ad effectum etiam
minima queque perduci. Apte autem
iota et non ioth hebreum po-

suit quia iotha in numero decem
sonat et decalogum legis enumeravit
cuius quidem apex ipsum est evangelium.
Qui ergo solvit unum de mandatis
istis minimis et docuerit sic homines
minimus vocabitur in regno celorum.
Itaque ne minima quidem manda-
torum dei in tam preclaro constitui-
t esse solvenda futuros minimos id est
novissimos ac pene nullos de-
nuncians minima solventes. Nulla
autem hiis minora putant esse que
minima sunt. Minima autem sunt
omnia domini passio et crucis mors que
si quis tamquam erubescenda non con-
fitebitur erit minimus. Confitenti vero
magne in celo vocationis gloriam
pollicetur. Aliter autem suggillat
phariseos hoc capitulo qui contemptis
mandatis dei statuerunt proprias
tradiciones quod non eis prosit doc-
trina in populis si vel parum quod in lege
preceptum est destruat. Mandata
igitur minima significavit primum iota
et unum apicem sicut supra ostensum
est. Qui igitur solvit et docuerit sic
id est secundum id quod invenit et legit
minimus vocabitur in regno celo-
rum ubi nisi magni esse non
possunt potest et hoc moraliter
accipi. Solvit autem mandatum
dei hiis qui non implet quamquam
non in mandato solucionem faciat
sed in semetipso [illegible] est enim dei

mandatum et nō pōt solui scrip
tura lex vero quodam̄ mō ligatꝰ
est. Cum autem ligationes dei ex
cedit ipse mandata soluit ī semꝫ
ipso ꝛ nō in ipsis. Talis quippe
minimus vocabitur ī regno celo
rum quia despectissimus ē in
eccīa scōꝝ. Vñ ꝛ regnum celorum
hic presentem eccīam significat sicut et
alibi ubi scriptum est. Simile ē
regnū celorū sagene misse ī mare
et regnum dei inter nos est. Qui
autem fecerit ꝛ docuerit hic magnus
vocabitur in regno celoꝝ. Qui facit
de eni legis mandata magni ille
nomine nūcupabitur qui docet ꝙ nō doc
tores nec auditores s; factores legꝭ
iustificabuntur apud deum. Dico
autem vobis. Nisi habundauerit
iusticia vestra plusquam scribaꝝ ꝛ phari
zeoꝝ nō intrabitis in regnum celo
rum. i. nisi nō solum illa minima
legis precepta impleueritis que in
choant homines s; etiam ista que
ame addunt qui nō veni soluere
legem sed adimplere nō intrabitis
in regnum celoꝝ. Ergo qui nō sol
uerit illa minima ꝛ sic docuerit
iam nō magnus habendus ꝛ ydone
us regno celoꝝ. Sed tamen nō tam
minimus ꝙ ille qui soluit. Ut
autem sit magnus atque ille regno
aptus facere debet ꝛ docere. Sicut
propterea nunc docet. i. ut habundet
iusticia eius super scribaꝝ ꝛ pharizeoꝝ

est ut nō occidant iusticia eorum
e qui intrauri sunt ī regnum dei
ut nō nascatur. Ergo minimum
est nō occidere ꝛ qui illud soluerit
minimus vocabitur in regno celoꝝ.
Qui autem illud impleuerit ut nō
occidat nō continuo magnus
erit ꝛ ydoneus regno celorum
s; tamen ascendit aliquem gradum per
ficet autem si nec. Quod si perfi
ciat multo remotior erit ab homi
cidio. Quapropter qui docet ut
nō irascamur nō soluit legem
ut nō occidamus. Sed implet
potius ut ꝛ foris dum nō occi
damus ꝛ in corde dum nō ira
scimur innocentiam custodiamus.
Prestante domino nostro ihesu xristo. Amen.

In natalis vnius martiris sine [pont.]

In illo tempore luca xiiij.

Dixit ihesus discipulis suis.
Si quis vult post me venire
abneget semetipsum ꝛ tollat crucem
suam ꝛ sequatur me ꝛc. Ome
lectionis eiusdem beati gregorii pape habita ad
populum in basilica beatorum processi ꝛ ma
[rtiniani] in die n[atalis]

Quia dominus ac redemptor noster nouus homo
venit in mundum noua
precepta edidit mundo. Vite enim
nostre veteri in vicijs enutrite contrariē
tatem opposuit nouitatis sue.
Quid enim vetus quid carnalis
homo nouerat nisi sua retinere
aliena rapere si nō posset concupi
scere si nō posset. Sed celestis me
dicus singulis quibusque vicijs

obviatio adhibet medicamenta. Nam sicut arte medicine calida frigidis curantur, ita dominus noster contraria opposuit peccatis medicamenta, precepit ut lubricis continenciam, tenacibus largitatem, iracundis mansuetudinem, elatis preciperet humilitatem. Certe cum se sequentibus nova mandata proponeret, dixit: Nisi si quis renunciaverit omnibus que possidet non potest meus esse discipulus. At si capte dicat: Cum priorum vetere aliena concupiscitis prone conversationis sectandi est mea largitum. Quid ergo in hac lectione dicat audiamus. Qui vult post me venire abneget semetipsum. Ibi dicitur ut abnegemus nos. Et fortasse laboriosum non est homini relinquere sua, sed valde laboriosum est relinquere semetipsum. Minus quippe est abnegare quod habet, valde enim multum est abnegare quod est. Ad se autem nobis venientibus dominus precepit ut renunciemus nostris, quia quicumque ad fidei agonem venimus luctamen contra malignos spiritus sumimus. Nihil autem maligni spiritus in hoc mundo proprium possident. Nudi ergo cum nudo luctari debemus. Nam si vestitus quisque cum nudo luctatur, citius ad terram deicitur, quia habet unde teneatur. Quid enim sunt terrena omnia nisi quedam corporis indumenta. Qui contra dyabolum ad certamen properat vestimenta abiciat ne succumbat. Nichil in hoc mundo amando possideat, nullas rerum labencium delectationes requirat, ne unde ad noti tenditur ad casum inde teneatur. Sed et tamen sufficit nostra relinquere nisi relinquimus nos. Quid est quod dicimus relinquimus nos? Si enim nosmetipsos relinquimus quo ibimus extra nos, vel quis est qui vadit si se deseruit? Sed aliud sumus per peccatum lapsi, aliud per naturam conditi; aliud quod fecimus, aliud quod sumus. Relinquimus nosmetipsos quales per peccatum nos fecimus, et maneamus nos ipsi quales per gratiam facti sumus. Ecce enim qui superbus fuit, si conversus ad Christum humilis factus est, semetipsum reliquit. Si luxuriosus quisque ad continentem vitam mutavit, abnegavit utique quod fuit. Si avarus quisque ambire iam desinit et largiri didicit, qui prius rapiebat aliena, procul dubio semetipsum reliquit. Ipse quidem est per naturam, sed non est ipse per maliciam. Hinc enim scriptum est: Verte impios et non erunt. Conversi itaque impii non erunt, non quod omnino non erunt in essentia, sed si non erunt in impietatis culpa. Tunc ergo nosmetipsos relinquimus, tunc nos ipsos abnegamus

cum vitamus quod per vetustatem sumus
et ad hoc nitimur quod per novitatem
vocamur. Pensemus quomodo se Pau
lus abnegaverat qui dicebat vi
vo autem iam non ego vivit vero
in me christus. Extinctus quippe
fuerat sevus ille persecutor et vi
vere ceperat pius predicator. Si enim
ipse esset pius profecto non esset. Sed
qui se vivere denegat dicat unde
est quod sancta verba per doctrinam verita
tis clamat. protinus subdidit.
vivit vero in me christus. Ac si
aperte dicat. Ego quidem a memet
ipso extinctus sum quia carnaliter
non vivo sed tamen essencialiter mor
tuus non sum quia in christo spiritaliter
vivo. Dicat ergo veritas dicat. Si
quis vult post me venire abne
get semetipsum quia nisi quis a
semetipso deficiat ad eum qui sup
ra ipsum est non appropinquat nec va
let apprehendere quod ultra ipsum e
st si nescierit mactare quod est. Sic
olerum plante transponuntur ut
proficiant atque ut ita dixerim era
dicantur ut crescant. Sic terre
semina intereunt ad innovacionem defici
unt et in reparacione sui generis ube
rius assurgunt. Unde enim videntur
perdidisse quod erant inde inci
piunt hoc apparere quod non erant.
Sed iam qui se a viciis abnegat
exquirende ei virtutes sunt in quibus
crescat. Nam cum dictum est. Qui vult post
me venire abneget semetipsum
protinus additur tollat crucem
suam cottidie et sequatur me. Duo
bus etenim modis crux tollitur
cum aut per abstinenciam afficitur
corpus aut per compassionem proximi
affligitur animus. Perpendamus qua
liter utroque modo paulus crucem sua
tulerat. Qui dicebat castigo
corpus meum et in servitutem
redigo ne forte aliis predicans
ipse reprobus efficiar. Ecce in afflic
cione corporis crucem audivimus
carnis. audiamus nunc in compassione
proximi crucem mentis. Ait quis
infirmatur et ego non infirmor.
Quis scandalizatur et ego non uror.
Perfectus quippe predicator ut exem
plum daret abstinencie crucem porta
bat in corpore et quia in se tra
hebat dampna infirmitatis alie
ne crucem portabat in corde. Sed
quia ipsis virtutibus quedam
vicia iuxta sunt dicendum est nobis
quod vicium abstinenciam carnis
et quod obsideat compassionem
mentis. Continuo namque abstinen
ciam carnis non numquam vana gloria
obsidet quia dum tenuitas in
corpore dum pallor in vultu con
spicitur virtus patefacta laudatur.
Et tanto celerius foras fundit
quanto ad humanos oculos per ipsum
pallorem exit et plerumque fit ut
quod causa dei agi creditur hoc pro solo

humanis favoribus agatur. Quid ergo
symon ille significat qui in itinere
crucem dominicam in angaria
portabat. Aliena quippe onera
in angaria portatur qui pro inanis glorie
vanitatis studium aliquid gerit. Quem
ergo per symonem designatur nisi absti-
nentes et arrogantes qui absti-
nentiam quidem carnem affligunt sed
fructum abstinentie intus non requi-
runt. Crucem ergo domini symon in
angaria portat cum ad opus bo-
num ex bona voluntate non du-
citur. Rem in stantie sine fructu
pretor operatur. Unde idem symon
crucem portat sed non moritur quia
abstinentes et arrogantes per absti-
nentiam quidem corpus affligunt sed
per desiderium vane glorie mundo
vivunt. Compassione ergo animi
plerumque latenter obsidet pietas
falsa ut hanc non numquam usque adeo
descendendum vitiis pertrahat. Dum
ad culpas quisque non debeat com-
passionem exhibere sed zelum. Compas-
sio quippe homini exhibenda vitiis
debetur ut in uno eodemque homine
et diligamus bonum quod factus est et
persequamur mala que fecit ne
dum culpas inmittente remitti-
mus non iam per caritatem compati
sed per negligentiam condescendisse
videamur. Sequitur qui enim voluerit
animam suam salvam facere perdet eam

et qui perdiderit animam suam propter me
salvam faciet eam. Sic dicitur fideli-
bus. Qui voluerit animam suam salvam facere
perdet eam et qui perdiderit animam suam
salvam eam faciet. Ac si agricole dica-
tur frumentum si servas perdis si seminas
renovas. Quis enim nesciat quod
frumentum cum in semine mittitur perit
ab oculis intus deficit. Sed unde
putrescit in pulvere inde virescit
in renovatione. Quia vero sancta ecclesia
aliud tempus habet persecutionis atque
aliud pacis redemptor noster ipsa
eius tempora distinguit in precep-
tis. Nam persecutionis tempore po-
nenda est anima donari possunt
frangenda sunt desideria terrena
unde et nunc dicitur. Quid enim proficit
homini si lucretur totum mundum se autem
perdat et detrimentum sui faciat. Cum
persecutio ab adversariis deest valde
vigilantius cor custodiendum est.
Nam pacis tempore quia licet vivere libet
etiam ambire. Que profecto avaritia
bene compescitur si ipse status abeun-
tis sollicite consideretur. Nam cui
instat ad colligendum qui stare
non potest ipse qui colligit. Cur-
rum ergo suum quisque consideret et
cognoscat sibi sufficere pauca que
habet. Sed fortasse metuit ne in
huius vite itinere sumptus desit. Lon-
ga mora desideria increpat via brevis.
In cassum multa portantur cum iuxta
est quo pervenit plerosque avaritiam

bimanimus sed adhuc obstat quod
uias ui rectitudinis inuiti tenemus
custodia persecutionis. Nam sepe labe-
tia cuncta despicimus et tamen
adhuc humane uerecundie deo sumus prae-
diuiti ut rectitudinem quam seruamus
in mente non dum expresse ualeamus in
uoce et tanto dei faciem ad iusticie
defensionem negligimus quanto huma-
nas facies contra iusticiam uerremur
Sed hunc quoque uelud ei cognitum
subiungitur medicamentum cum dicit
Qui me erubuerit et meos sermo-
nes hunc filius hominis erubes-
ceret cum uenerit in maiestate sua
et patris et sanctorum angelorum. Sed
certe nunc apud se homines dicunt
Nos iam dominum et sermones eius
non erubescimus quia eum aperte
uoce profitemur. Quibus ergo uideo
quod in hac plebe christiana sunt non
nulli qui christum ideo confitentur quia
cunctis christianos esse aspiciunt. Nam
si nomen christi in tanta gloria hodie
non esset tot confessores christi sancta
ecclesia non haberet. Non ergo ad probationem
fidei uox sufficit professionis quam
defendit a uerecundia professio generali-
tatis. Est tamen ubi se quisque inter-
roget ut in confessione christi se ueraci-
ter probet si non iam nomen eius
erubescit si plena uirtute mentis
humanum pondere pudorem subdi-
dit. Certe enim persecutionis tempore
erubescere poterant fideles sub sancta

tis inclinari de dignitatibus cum
uerberibus affligi. Pacis autem
tempore quia hec annis persecu-
tionibus desunt est aliud ubi
ostendamur nobis. Sepe uicinum
a proximis despecta dedignamur in-
iurias ubi tolerare si contingit
inrogari fortasse tamen proximo cui
debemus potius satisfacere. Cor
quippe carnale dum huius uite glo-
riam querit humilitatem respuit
et plerumque ipse homo qui iram sentit
discordanti sibi reconciliari appetit
sed ire ad satisfaciendum pudore eru-
bescit pensemus ergo uerecundie
ut uideamus quo iaceat in-
firmitatis actiones. Si enim mem-
bra summi capitis sumus inimi-
cum cui conectimur debemus. Quia
namque ad nostre eruditionis exem-
plum egregius predicator dicit
pro christo legatione fungimur tamquam
deo exhortante per nos obsecramus
pro christo reconciliamini deo. Ecce in
nos et deum discordia peccando
fecimus ad nos deus suos lega-
tos prior misit ut nos ipsi qui
peccauimus ad pacem dei rogati
ueniamus. Erubescat ergo humana
superbia confundatur quisque si non
satisfaciat prior proximo quo pos-
tulat ueniam ut ei reconciliari de-
beamus et ipse qui offensus est
legatis interuenientibus obsecrat

Jesus. Sequitur: Dico autem vobis vere, sunt hic aliqui stantes qui non gustabunt mortem donec videant regnum dei. Regnum dei, fratres karissimi, non semper in sacro eloquio venturus regni dicitur, sed nonnumquam presens etiam ecclesia vocatur. Unde scriptum est: Mittet filius hominis angelos suos et colliget de regno eius omnia scandala. In illo quippe regno scandala non erunt ubi perfecto reprobi non admittuntur. Quo videlicet et colligitur quod hoc loco regnum dei presens ecclesia vocatur. Et quia non nulli ex discipulis usque adeo in corpore victuri erant ut etiam dei ecclesiam constructam conspicerent et contra mundi huius gloriam erectam, consolatoria promissione nunc dicitur: Sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem donec videant regnum dei. Sed cum tanta dominus subeunde mortis precepta ederat, quid necessarium fuit ut ad hanc subito promissionem veniret? Quod si subtiliter attendimus, quanta dispensatione pietatis agatur agnoscimus. Discipulis enim adhuc rudibus etiam de presenti vita aliquid promittendum fuit ut possent robustius in futura solidari. Sic israelitico populo ex egypto terra promittitur, et qui vocandus esset ad dona celestia terrenis promissionibus suadetur. Cui hoc ut d(u)m iam esset aliquid quod eminus perciperet id in fidelibus crederet quod de longinquo audire potuisset. Carnalis etenim populus si prima non acciperet magna non crederet. Omnipotens igitur deus largiendo terrena suadet ad celestia, ut percipiens quod videt sperare disceret quod minime videbat, et tanto solidior de invisibilibus quanto eum ad spei certitudinem visibilia promissa fulcirent. Unde recte quoque per psalmistam dicitur: Dedit eis regiones gentium et labores populorum possederunt, ut custodiant iustificationes eius et legem eius requirant. Sic ergo hoc loco rudibus discipulis veritas loquens videndum regnum dei promittit in terra ut hoc ab eis fidelibus in celo presumatur. Exorto itaque regno quod iam videmus in mundo esse sublimatum speremus regnum quod in celo credimus perspiciendum, quamvis sint non nulli qui christianitatis nomine censentur sed christianitatis fidem non habent. Sola esse visibilia estimant, invisibilia non appetunt, quia nec esse suspicantur. Ad sanctorum martyrum corpora consistimus fratres mei. Numquid isti carnem suam in morte darent nisi eis certissime constitisset esse vitam pro qua mori debuissent? Et ecce qui ita crediderunt

miraculis choruscant. Ad extremum
namque eorum corpora vincentes egri
veniunt et sanantur. periuri veniunt
et demonio vexantur. demoniaci
veniunt et liberantur. Quo ergo vivunt
illic ubi vivunt nisi in tot miraculis
vivunt hic ubi mortui sunt. Karis-
simi fratres dicto breve verbo sed non parvam
merito quam religiosis quibusdam
senioribus enarrantibus agnovi
Gothorum tempore matrona quedam
fuit valde religiosa que ad horum
martyrum ecclesiam crebro veniebat.
Quadam die dum ex more ad orandum
venisset egrediens duos fratres sub
peregrino credidit dari eis aliquid
elemosine precepit. Sed priusquam
erogator eius eis ad largienda
elemosinam appropinquasset astiterunt illi
dicentes et dixerunt. Tu nos visi-
tas modo nos te in die iudicii
requiremus et quidquid possumus
prestamus tibi. Quo dicto ab oculis
ablati sunt. Territa illa ad orandum
rediit seseque in lacrimis prolixius ef-
fudit et facta est post hoc tanto
instancior in prece quanto certior de
promissione. Si autem iuxta Pauli
vocem est fides sperandarum substan-
tiarum argumentum non apparentium
nequaquam iam dicimus ut veteri
tuam vitam eternitatis quia certe ipsi
qui in illa vivunt humanis obtuti-
bus visibiliter putantur. Quod
cum videri potest melius dicitur
sciri quam credi venturam vitam

ergo nos magis nolunt sancti qui
credere qui eos quos invisibi-
liter recepit apud se vivere non
etiam visibiliter ostendit. Hos ergo fratres
karissimi inter vos exoramus quia cum
districto iudice venturus patronos
facite. hos in die tanti terroris
illius defensores adhibete. Certe
si apud quemdam magnum iudi-
cem causa quelibet vestra esset die
crastino ventilanda totus hodier-
nus dies cogitatione duceretur
patronum vestra sanctitas quereret ut
apud tantum iudicem sibi defen-
sor veniret. Ecce districtus
iudex Ihesus venturus est tanti
illius angelorum archangelorum quoque co-
etibus terror adhibetur. In illo con-
ventu causa nostra discutitur
et tamen nos patronos modo non
querimus quos tunc defensores
habeamus. Assunt nobis sancti
martyres rogari volunt atque ut
ita dixerim querunt ut querantur
hos ergo adiutores vestre orationis
querite hos protectores in reatu
invenite quia ne puniatur peccator
debeat rogari vult ipse qui in-
dicat. Qui etiam longo tempore commi-
serit tamen misericorditer expectat
veniam. Sit autem nos misericordia eius
ne foveat ut nullo negligentes
reddat sicut pietas nostra probent
hec times in desperationem non proiciat
et si pie sumentes spem eius

regni celestis adepturi sumus per eum qui vivit et regnat deus cum patre et unitate spiritus sancti per omnia secula seculorum. amen. Sequitur

Item in natali unius martiris

In illo tempore dixit ihesus turbis. Si quis venit ad me et non odit patrem suum et matrem et uxorem et filios et fratres et sorores adhuc autem et animam suam non potest meus esse discipulus.

Omelia lectionis eiusdem beati gregorii pape habita ad populum in basilica sancti sebastiani martiris in die natalis eius.

Si consideremus fratres karissimi que et quanta sunt que pro nobis promittuntur in celis vilescunt animo omnia que in terris habentur. Terrena namque substantia superne felicitati comparata pondus est non subsidium. temporalis vite eterne vite comparata mors est potius dicenda quam vita. Ipse enim cottidianus defectus corruptionis quid est aliud quam quedam prolixitas mortis. Que autem lingua dicere vel quis intellectus capere sufficit illa superne civitatis quanta sint gaudia angelorum choris interesse cum beatissimis spiritibus glorie conditoris assistere presentem dei vultum cernere incircumscriptum lumen videre nullo mortis metu affici incorruptionis perpetue munere letari. Sed ad hec audita inardescit animus iamque illic cupit assistere ubi se sperat sine fine gaudere. Sed ad magna premia perveniri non potest nisi per magnos labores. Unde et paulus egregius predicator dicit. Non coronabitur nisi qui legitime certaverit. Delectet ergo mentem magnitudo premiorum sed non deterreat certamen laboris. Unde ad se venientibus veritas dicit. Si quis venit ad me et non odit patrem suum et matrem et uxorem et filios et fratres et sorores adhuc autem et animam suam non potest esse discipulus meus. Sed percunctari libet quomodo parentes carnaliter propinquos precipimur odisse qui iubemur et inimicos diligere. Certe de uxore veritas dicit Quos deus coniunxit homo non separet. Et paulus ait. Viri diligite uxores vestras sicut et christus ecclesiam. Ecce discipulus uxorem diligendam predicat cum magister dicat qui uxorem non odit non potest meus esse discipulus. Numquid aliud index nuntiat aliud preco clamat. An simul odisse possumus et diligere. Sed si vim precepti perpendimus utrumque agere per discretionem valeamus ut eos qui nobis carnis cognatione coniuncti sunt et quos proximos novimus diligamus et quos adversarios in via dei patimur odiendo et fugiendo nesciamus. Quasi enim per odium diligitur qui carnaliter sapiens dum prava nobis ingerit non auditur. Ut autem dominus demonstraret hanc

erga proximos odium non de affec
tione procedere sed de caritate addidit
primis dicens. Adhuc autem et
animam suam. Odisse itaque precipi
mur proximos odisse et animam
nostram. Constat ergo quod amando
debet odisse proximum qui sic eum
odit sicut semetipsum. Tunc etenim
bene animam nostram odimus cum eius
carnalibus desideriis non acquiescimus
cum eius appetitum frangimus eius
voluptatibus reluctamur. Que
ergo contempta contemptu ad melius
ducitur quasi per odium amatur. Sic
enim nimirum exhibere proximis nostris
odii discretionem debemus ut in
eis et diligamus quod sunt et ha
beamus odio quod videmus nobis
in itinere obsistunt. Certe dum paulo
ierosolimam pergenti propheta agabus zo
nam illius apprehendit suisque pe
dibus alligavit dicens virum
cuius hec zona est sic alligabunt
in ierusalem. Sed qui animam suam
perfecte oderat dicebat. Ego non
solum alligari sed et mori in ierusa
lem paratus sum pro nomine domini ihesu. Nec
facio animam meam preciosiorem quam me.
Ecce quo amando animam suam oderat
ymmo odiens amabat quam cupie
bat pro ihesu morti tradere ut hanc
ad vitam de peccati morte suscitaret.
Ab hac ergo discretione odii mi extimamus
forma ad odium proximi. Amatur
quibus in hoc mundo adversamur. Sed
in via dei contrarius non amatur

etiam propinquus. Qui in spiritus eu
um eternam concupiscit in ea qua
aggreditur causa dei extra patrem extra
matrem extra uxorem extra filios extra
cognatos extra semetipsum fieri
debet ut eo verius cognoscat deum
quo in eius causa neminem recogn
oscit. Multum namque est quod car
nales affectus intentionem mentis
diverberant eiusque aciem obscurant.
Quos tamen nequaquam nocere possunt
tamen si eos per moderamen tenemus.
Amandi ergo sunt proximi impendenda
caritas omnibus propinquis et extra
neis non tamen pendere caritate
a dei amore flectendum. Sciendum
autem quod cum de terra philistinorum
archa dei ad terram israhelitarum re
diret plaustro super imposita
est et vacce plaustro subiuncte
sunt fuisse inveniuntur quarum
filios clauserunt domi recepti
est. Ibat autem in directum vacce
per viam que ducit bethsames
uno itinere gradiebantur pergentes
et mugientes et non declinabant
neque ad dexteram neque ad sinis
tram. Quid igitur vacce nisi
fideles quosque in ecclesia designant
qui dum sacri eloquii precepta
considerant quasi superimpositam
domini archam portant de quibus
hoc est etiam notandum quod fuisse fete
inveniuntur quod sunt plerique qui
in via dei intus [illegible] positi

foris carnalibus affectibus liga
tur s[ed] no[n] declinat a recto itinere
qui archam dei portat i[n] mente
Arce e[ni]m vatte bethsamis expo
nitur domus solis. Et p[ro]pheta
ait vobis aute[m] qui timet[is] do
minu[m] orietur sol iusticie. Si
igit[ur] ad et[er]ni solis habitatione[m]
tendimus dignu[m] p[ro]fecto e[st] ut
de dei itine[re] p[er] carnalib[us] affecti
bus no[n] declinemus. Tota en[im]
virtute pensandu[m] est quod vac
ce dei plaustr[o] subposite p[er]gunt
et gemunt da[n]t ab intimis mu
gitus et tu[m] de itine[re] no[n] deflectu[n]t
gressus. Sic nimiru[m] p[re]dicatores
dei sic fideles quiq[ue] esse intra
sancta[m] eccl[es]iam debent ut co[m]patia
tur p[ro]ximis p[er] caritate[m] et tu[m] de
via dei no[n] exorbitent p[er] com
passione[m] hoc ipsu[m] vero a[n]i[m]me
odiu[m] qualit[er] exhibere debeat
veritas subdendo manifestat di
cens. Qui no[n] baiulat cruce[m]
sua[m] et venit post me no[n] pot[est]
meus esse discipulus. Crux
quippe a cruciatu dicit[ur]. Et
duobus modis item domini
baiulamus cu[m] p[er] abstinentia[m]
carne[m] affligimus aut p[er] co[m]pas
sione[m] p[ro]ximi necessitate[m] illius
nostram putamus. Qui e[ni]m do
lore[m] exhibet i[n] alia necessitate
cruce[m] portat i[n] mente. Sciendu[m]
vero est q[uo]d sunt no[n] nulli q[ui] carnis

abstinentiam non p[ro] deo sed p[ro] i[n]a[n]i
gloria exhibent et sunt plerique qui
compassione[m] p[ro]ximo no[n] sp[irit]ualiter
sed carnaliter impendunt ut ei
no[n] ad virtute[m] sed q[uas]i misericordiam ad cul
pas foveat. hii itaq[ue] ad culpas
foveat item quide[m] videt[ur] ferre
sed d[omi]nu[m] no[n] sequunt[ur]. Su[n]t vere hec
eadem veritas dicit. Qui no[n] ba
iulat crucem suam et venit p[ost] me
no[n] potest meus esse discipulus.
Baiulare etenim cruce[m] et post
d[omi]n[u]m ire est vel carnis abstine[n]
tiam vel co[m]passione[m] p[ro]ximo stu
dio et[er]ne intentionis exhibere.
Nam quisq[ui]s hec p[ro] temporali inte[n]
tione exhibet cruce[m] quide[m] baiu
lat s[ed] ire post d[omi]n[u]m recusat. Quia
vero sublimia precepta data sunt
p[er]timus co[m]paratio edificande subli
mitatis adiungit[ur] cu[m] dicitur.
Quis e[ni]m ex vobis volens turri[m]
edificare no[n] p[ri]us sedens co[m]pu
tat sumptus qui necessarii s[un]t
si habeat ad p[er]ficiendu[m] ne p[os]tea
q[uam] posuit fundamentu[m] et no[n] po
tuit p[er]fice[re] omnes qui viderint
incipiat illudere ei dicentes quia
hic homo cepit edificare et non
potuit co[n]summare. Omne quod
agimus p[re]venire p[er] studiu[m] co[n]side
rationis debem[us]. Ecce e[ni]m iuxta
veritatis voce[m] qui turrim edificat
p[ri]us edificii sumptus parat. Si igit[ur]

humilitatis turrim edificare cupimus
prius nos preparare ad adversa huius
seculi debemus. Hoc enim inter ter-
renum et celeste edificium distat quod
terrenum edificium expensis colligen-
do construitur. Celeste vero edifi-
cium expensis dispergendo. Aliud
illud sumptus facimus si non ha-
bita colligamus ad illud sump-
tus facimus si et habita relinquimus.
Istos sumptus dives ille habere
non potuit qui multas possessio-
nes possidens magistrum requisivit
dicens: Magister bone quid faciendo
vitam eternam possidebo. Cumque cum
precepta relinquendo omnia audisset,
tristis abscessit quia erat angustia-
tus in mente unde foris fuit locuples in
possessione. Qui enim in hac vita
ambulat sumptus celsitudinis
tendendo ad eternam patriam habere
noluit sumptus humilitatis. Con-
siderandum vero est quod dicitur:
Omnes qui viderint incipiant illu-
dere ei. Quia iuxta Pauli vocem specta-
culum facti sumus mundo et angelis
et hominibus et in omne quod agimus
considerare occultos nostros adversari-
os debemus qui semper nostris operibus
insistunt semper ex nostro defectu ex-
ultant. Quos intuens propheta ait:
Deus meus in te confido non eru-
bescam neque irrideant me inimici
mei. A bonis enim operibus intentis
nisi contra malignos spiritus solliciti
vigilemus ipsos inimicos patimur

quos ad malum persuasores habemus.
Sed quia de construendo edificio
data est nunc ex minore ad maius
similitudo subditur ut ex rebus
minimis maiora pensentur. Sta-
tim subiungitur: Aut quis rex iturus committere
bellum adversus alium regem non
sedens prius cogitat si possit
cum decem milibus occurrere ei
qui cum xx milibus venit ad se.
Alioquin adhuc illo longe agente
legationem mittens rogat ea que
pacis sunt. Rex contra regem
ex equo venit ad prelium et tamen
si se perpendit non posse sufficere lega-
tionem mittit et ea que pacis sunt
postulat. Quibus ergo lacrimis
nos sperare veniam debemus qui
in illo tremendo examine cum rege
nostro ex equo ad iudicium non ve-
nimus quos nimirum in iudi-
cio infirmitatis tam inferiores exhibebit.
Sed forte iam mali operis
culpas abscidimus iam prava
quoque ex toto declinamus. Numquid
ad reddendam rationem cogitationis
nostre sufficimus? Ecclesiam cum xx
milibus venire dicit is contra
quem nimirum sufficit iste qui decem
milibus venit decem milia quippe
ad xx milia simplum ad du-
plum sunt. Nos autem si multa
perficimus vix [illegible] opera
nostra opera in rectitudine [illegible]. Nam
et si iam luxuria carnis abscis-
sa est tamen adhuc corde fundi-
tus abscisa non est. Ille autem

qui iudicaturus venit exteriora sed
interiora iudicat facta pariter et
cogitationes pensat. Cum duplo
ergo exercitu contra simplum venit
qui nos vix in solo opere paratos
sumus de opere et cogitatione discutit.
Quid ergo agendum est fratres nisi
ut dum nos cum simplo exercitu
contra duplum illius sufficere non
posse conspicimus dum adhuc
longe est legationem mittamus ro-
gemus ea que pacis sunt. Longe
enim esse dicitur adhuc presens per
iudicium non videtur. Mittamus
ad hunc legationem lacrimas nostras
mittamus misericordie opera mactemus
in ara eius hostias placationis
cognoscamus nos cum eo in iudicio
non posse contendere. Pensemus
virtute eius fortitudinem rogemus
ea que pacis sunt. Hec est nostra
legatio que regem venientem pla-
cat. Pensate fratres quam benignus
sit quod is qui suo adventu valde
aspicere tardat venire. Mittamus
ad hunc legationem ut diximus
nostram flendo tribuendo sacras
hostias offerendo. Singulariter
namque ad absolutionem nostram oblata
cum lacrimis et benignitate mentis
sacri altaris hostia suffragatur
quia is qui in se resurgens a mor-
tuis iam non moritur adhuc per
hanc in suo misterio pro nobis iterum
patitur. Nam quotiens ei hostiam
sue passionis offerimus totiens

nobis ad absolutionem nostram passio-
nem illius reparamus. Multos vestrum credo
fratres karissimi cognovisse nosse
hoc quod volo ad memoriam vestram
narrando revocare. Non longe ante
fertur temporibus factum quod quidam ab
hostibus captus longe transductus
est. Cumque diu teneretur in vinculis
eum uxor sua cum ex eadem captivi-
tate non recepit extinctum putavit
pro quo iam velud mortuo hostias
ebdomatibus singulis offerebat. Qui
totiens vincula solvebantur
in captivitate quotiens ab eius co-
niuge oblate fuissent hostie pro
anime eius absolutione. Nam longo
post tempore reversus ad uxorem valde
indicavit uxori sue quod diebus
certis ebdomatibus singulis eius
vincula solvebantur. Quos videlicet
dies eius uxor atque horas distin-
guens tunc eum recognovit ab-
solutum cum pro eo sacrificium meminerat
oblatum. Hinc ergo fratres karissimi
hinc ita considerationem colligite
oblata a nobis hostia sacra quantum
in nobis solvere valeat ligaturam
cordis si oblata ab altero potuit
in altero solvere vincula corporis. Multi
vestrum fratres karissimi Cassium narniensis
urbis episcopum noverunt cui mos erat
cottidianas deo hostias offerre
ita ut pene nullus dies vite ab-
sciderit quo non omnipotenti deo
hostiam placationis ymolaret.
Cui cum sacrificio valde eius concordabat

bat vita. Nam cuncta que habebat
in elemosinis tribuens tamen ad horam
offerendi sacrificium venisset velud
totus in lacrimis defluens semet
ipsum magna contricione mactabat.
Cuius vitam et exitum a quodam
venerabilis vite dyacono qui ab eo
fuerat nutritus referente cognovi.
Aiebat enim quod quadam nocte eius
presbitero per visum dominus astitit dicens:
Vade et dic episcopo: Age quod agis o-
perare quod operaris non cesset pes
tuus non cesset manus tua natali
apostolorum venies ad me et retribuam
tibi mercedem tuam. Surrexit presbiter
sed quia eciam eius apostolorum natalicius
dies iminebat tam propinqui exitus
diem episcopo nunciare pertimuit. Alia
nocte dominus redyt eumque de inobediencia
vehementer increpavit atque eadem
visionis sue verba repetivit. Tunc
presbiter surrexit ut pergeret sed
rursus infirmitatis cordis impedimen-
to factum est indicande revelacionis
et admonicionis quam iterate in visione
obdormivit pergere et que viderat ma-
nifestare neglexit. Sed quia magis
mansuetudine contempta ira ma-
ior sequi solet iam videre visione
tercia dominus apparens iam verbo addi-
dit verbera tamque districta cede mac-
tatus est ut in eo duriciam cordis
emolliret plaga corporis. Surrexit
tandem eruditus exhibere properans ad
episcopum eumque iam commorantem in loco beati
Juvenalis martiris sepulcro ad offerendum

sacrificium consistente repperit sacerdotum
et clericorum astantibus pectore seque eius
pedibus stravit. Cumque cum
ubertim flente episcopus vix ad se
levare potuisset lacrimarum causas
cognoscere studuit. Ille vero rela-
turus ex ordine visionem prius
vestimento ex humeris devoluto
detexit plagas corporis. Sit ita
dicta testes veritatis tumide mo-
straverit quanta cum animadversione dis-
tricionis membra illius attrita
livoris infecto sulcaverunt.
Que mox ut episcopus vidit cohor-
ruit et quis sibi tanta facere pre-
sumpsisset cum magne obstupe-
faccionis vocibus inquisivit.
At ille rudit hoc se pro ipso fuisse
perpessum. Expavit ei terrore
animato. Sed nullas iam presbiter
inquisicione eius moras adiacet
secretum revelacionis aperuit ei
quas visiones dominicas per quam au-
dierat verba narravit dicens: Age
quod agis operare quod operaris
non cesset manus tua non cesset
pes tuus natali apostolorum venies
ad me et retribuam tibi mercedem
tuam. Quibus auditis episcopus in
oracione se tunc magna cordis con-
tricione prostravit et qui oblaturus
sacrificium ad horam terciam venerat
hoc propter se ordinis magnitudine
ad horam nonam usque perclamavit atque
ex ipso iam die magis magisque

ei amata sunt lucra pietatis suis
quod est tam fratris inope quam certo
ex munere quippe qui enim cuius ipse
debitor fuerat ex promissione iam re
peterat habere debitorem. Hinc autem
consuetudo fuit annis singulis
natalicio apostolorum die romam venire
iam ex hac revelacione suspicionis
venire in suo more nolunt. Eode
ergo tempore sollicitatus fuit. Secundo quoque
anno vel tercio in mortis sue conspira
cione suspensus certo quotoque ipso
sibi. Cum iam desperare de veritate
revelacionis poterat si verbis fide
libera non fecissent tamen certe anno
septimo usque ad constituti natal
paracis vigilias in columnis perve
nit sed levius hunc in vigiliis calor
attigit atque ipso die natalicio
filiis suis se consociantibus missa
rum solempnia celebrare nisi pro
cis apud dominum idem antistes
suus intercessor accederet tunc
ille compulsus in ecclesie oratorio
missas fecit et manu sua corporis
dominici pacemque omnibus tribuit
Cum in communicato ministerio oblatis fuit
sic pacto ad lectulum redit ibique
iacens dum sacerdotes suos ac
ministros circumstetisse cerneret
ei vale ultimum dicens desina
de eos vinculo caritatis commone
bat et quanta debuissent concordi
intra se vivere predicabat cum
subito inter ipsa sua exhortacionis
verba voce terribili clamavit

dicens hora est exire. assistenti
bus ipse suis manibus linthea
dedit quod ex more incensum sibi
contra faciem tenderetur. Quo
tempore spiritum emisit. Sic sancta illa
anima ad eterna gaudia perveniens
a carnis corrupcione soluta est
Cum frequens enim que vir iste in
morte sua imitatus est in eo quod
in vita sua fecit contemplacionis dicens
enim hora est de corpore exire quia
illius pacis omnibus. Cum dixisset
consummatum est inclinato capite
tradidit spiritum. Quod ergo dominus fecit
ex potestate hoc egit similis vocaci
one. Ecce cottidianis hostie ille
cum elemosinis relacionis missa
rum legacio quidem cuius rege
veniente tractare pace fecit relinquit
ergo omnia qui potest qui ante
relinquere omnia non potest cum ad
hunc rex longe est legacionem mit
tat lacrimis elemosinis hostia
munera offerat. Vult enim placari
precibus qui scit quia non possit
portare iracionis. Sed adhuc mora
facit venire legacionem pacis susti
net venisse iam namque si vellet
contentos adversarios suos contriuisset
Sed rex terribilis veniat indicat
et tamen adveniendum tardat
quia non vult invenire quos puniat
Sed veritatis nobis contemptus in
de innuitat dicens Sic ergo omnis ex
vobis qui non renunciat omnibus
que possidet non potest meus esse discipulus

et tamen sperari de salutis reme
dium concedit quia qui priuatum
non potest fieri apostulate pag' vult
lectatione plantari lauate quod fres
fratrum lacrimis maculas peccatorum
elemosinis tergite sacris hostijs
expiate et nolite possidere pcedere
rum que adhuc possunt minime
reliquistis tempore in solo redemptore
figite ad eterna patriam mente tu site
Si enim nichil in hoc mundo amando
possidetis etiam possidendo cuncta
reliquistis ipse vobis gaudia de
sidelita concedit qui vobis eterne
patris remedia contulit ihesus xpus
dominus noster Qui viuit et regnat cum
patre et spiritu sancto amen Sermo

Item in natali binus marti
In illo tempore ris retetal
dixit ihesus discipulis suis Amen
amen dico vobis nisi granum
frumenti cadens in terram mortuum
fuerit ipsum solum manet Omeli
lectionis eiusdem beati augustini

Amen amen stimi epistole
dico vobis nisi granum fru
menti cadens in terram mor
tuum fuerit ipsum solum manet Si
autem mortuum fuerit multum fructum
affert Se autem dicebat ipsum granum
mortificandum et multiplicandum
Mortificandum infidelitate iudeorum
Multiplicandum fide plurimorum Iam vo
exhortamur ad passionis sue sec
tanda vestigia qui amat inquit
animam suam perdet eam quod duo
bus modis intelligi potest Qui

amat perdet i. si amas perdes
si cupis vitam tenere cum xpo
noli mortem timere pro xpo Item
alio modo Qui amat animam suam
perdet eam Noli amare ne perdas
Noli amare in hac vita ne perdas
in eterna vita Hoc autem quod supi
us dixi magis hic videtur sensus
euangelii Sequitur enim Et qui odit
animam suam in hoc mundo in vita
etiam custodit Ergo quod su
dictum est qui eam amat subin
telligitur in hoc mundo ipse ita
quod perdat Qui autem odit utique
in hoc mundo in vita eterna custo
dit eam Magna et mira sente
tia quemadmodum sit homini in
animam suam amor ut pereat
odium ne pereat Si male amaueris
tunc odisti si bene oderis tunc
amasti ~~si bene oderis~~ Felices
qui oderunt custodiendo ne perdant
amando Sed vide ne tibi sub
repat ut teipsum velis interime
sic intelligendo quod debes odisse
in hoc mundo animam tuam hinc
enim quidam maligni atque peruersi
et in semetipsis crudeliores et
sceleratiores homicide flammis
se donant aquis prefocant precipitio
collidunt et pereunt Hoc xpus
non docuit immo etiam dyabolo pre
cipitium suggerenti Redi inquit retro
sathanas scriptum est non tempta
bis dominum deum tuum Petro autem
dixit significans qua morte clarifi
caturus erat deum Cum omnes

esses iunior cingebas te et ambulabas quo volebas cum autem senueris alter te cinget et feret quo tu non vis ubi satis expressit non a se ipso sed ab alio debere occidi qui vestigia sequitur Christi. Cum ergo talis articulus venerit ut hec condicio ponatur aut faciendum esse contra dei preceptum aut ex hac vita emigrandum quorum duorum homo cogatur alterum eligere comminante morte persecutore ibi eligat deo dilecto mori quam offenso vivere ibi oderit in hoc mundo animam suam ut in vitam eternam custodiat eam. Si quis michi ministrat me sequatur. Quid est me sequatur nisi me imitetur. Christus enim pro nobis passus est ait apostolus petrus relinquens nobis exemplum ut sequamini vestigia eius. Ecce quod est Si quis michi ministrat me sequatur. Quo ~~est me sequatur~~ fructu qua mercede quo premio. Et ubi sum inquit illic et minister meus erit. Gratis ametur cuius operis quo ministratur illi premium sit esse cum illo ubi enim bene erit sine illo aut quando male esse poterit cum illo. Audi evidencius Si quis michi ministraverit honorificabit eum pater meus. Quo honore nisi ut sit cum filio eius. Quod enim superius ait Ubi ego sum illic et minister meus erit

hoc intelligitur exposuisse cum dicit honorificabit eum pater meus. Quem namque maiore honore accipere poterit adoptatus quam ut sit ubi est unicus non equalis factus divinitati sed consociatus eternitati. Quid sit autem ministrare Christo cui operi merces tanta promittitur hoc potius debemus inquirere. Si enim hoc putaverimus esse Christo ministrare ea que sunt corpori necessaria preparare aut cenanti cibum coquere vel apponere vel poculum dare potumque miscere fecerunt hoc in corpore ei presentem sicut martha et maria quando et lazarus unus erat ex recumbentibus sed eo modo Christo etiam iudas perditus ministravit. Nam et loculos ipse habebat et que mittebantur sceleratissime furaretur pro illo tamen etiam necessaria parabant unde est illud quod cum ei diceret dominus Quod facis fac velociter arbitrati sunt quidam quod eum iussisset propter diem festum necessaria preparare vel indigentibus aliquid dare. Nullo modo igitur de hoc genere ministris dicit dominus ubi ego sum ibi erit et minister meus et si quis michi ministraverit honorificabit eum pater meus quoniam iudam talia ministrantem reprobatum potius quam honoratum videmus. Ut quid ergo alibi querimus quid sit ministrare Christo et non potius in eis ipsis verbis agnoscimus. Cum enim dixisset Si quis

michi ministrat me sequatur. Hoc intelligi voluit ac si diceret. Qui quis me non sequitur non michi ministrat quia ihesu xpo qui non sua querit sed que ihesu xpi. Hoc enim me sequitur vias ambulet meas non suas sicut alibi scriptum est. Qui se dicit in xpo manere debet sicut ille ambulavit et ipse ambulare. Debet Etiam si porrigit esurienti panem de misericordia facere non de iactantia non aliud ibi querere nisi opus bonum nesciente sinistra quid faciat dextera id est ut alienetur intencio cupiditatis ab opere caritatis. Qui sic ministrat xpo ministrat recte quod illi dicetur. Cum uni ex minimis meis fecisti michi fecisti. Nec ea tamen que ad misericordiam pertinent corporalia sed omnia opera bona propter xpm faciens tunc enim erunt bona quia finis legis xpc ad iustitiam omni credenti. Minister est xpi usque ad illud opus magne caritatis quod est animam suam pro fratribus ponere. Hoc enim et pro xpo ponere quia et hoc propter sua membra dicturus est. Cum presentibus fecisti pro me fecisti. De tali quippe opere etiam se ministrum facere et appellare dignatus est ubi ait. Sicut filius hominis non venit ministrari sed ministrare et animam suam ponere pro multis. Hinc ergo est unusquisque minister xpi unde est minister et ipsius. Sic ministrantes xpo honorificabit pater eius honore illo magno ut sit cum filio eius nec umquam deficiat felicitas eius. Cum ergo audistis fratres dominum dicentem Ubi ego sum illic et minister meus erit. Nolite tantummodo bonos episcopos et clericos cogitare. Etiam nos pro modo nostro potestis ministrare xpo bene vivendo elemosinas faciendo nomen doctrinamque eius quibus potueritis predicando. Et unusquisque etiam pater familias hoc nomine agnoscat paternum affectum sue familie se debere pro xpo et pro vita eterna suos omnes moneat doceat hortetur corripiat impendat benivolenciam exerceat disciplinam. Ita in domo sua ecclesiasticum et quodammodo episcopale implebit officium ministrans xpo ut in eternum sit cum ipso. Nam et illam maximam passionis ministracionem multi [illegible] ministraverunt. Multi non episcopi neque clerici iuvenes et virgines seniores cum iunioribus. Multi coniugati et coniugate. Multi patres matresque familias ministrantes xpo etiam animas in eius martirio posuerunt et honorificati a patre coronas gloriosissimas receperunt.

Item de uno martire secundum Matheum

In illo tempore dixit ihesus discipulis suis. Nolite arbitrari quia venerim mittere pacem in terram non veni pacem mittere sed gladium et cetera.

Omelia lectionis eiusdem beati Jeronimi presbiteri.

Nolite arbitrari quia veni
pacem mittere in terram. Non
veni pacem mittere sed gladi
um. Supra dixerat quod dico vobis
in tenebris dicite in lumine et
quod in aure auditis predicate
super tecta. Nunc infert quod post
predicacionem sequatur ad fidem
xpi. Totus orbis contra se divi
sus est. Unaqueque domus ꝛ in
fideles habet ꝛ credentes. Propterea bel
lum missum est bonum ut rumpet
pacem malam. Tale quid in genesi
adversus rebelles homines qui
moti fuerant de oriente ꝛ turrim
construere festinabat per quam
celi alta penetraret fecisse scri
bitur deus ut divideret linguas
eorum. Unde ꝛ in psalmo david psalmista
Dissipa deus gentes que bella
volunt. Veni enim separare hominem
adversus patrem suum ꝛ filiam ad
versus matrem suam ꝛ nurum adver
sus socrum suam ꝛ inimici hominis
domestici eius. Hic locus hiis ipsis
verbis in michea propheta scribitur.
Et notandum ubicumque de veteri instru
mento testimonium ponit utrumque sensus
tum cum sermo concordat ponit
vel aliter. Et notandum quod ubi
cumque de veteri testamento exem
sumitur non quod sermo sed quod sensus
tum consonat ponit. Qui amat
patrem aut matrem plusquam me non
est me dignus ꝛ reliqua. Qui amat

premiserat non veni pacem mittere
sed gladium ꝛ dividere homines ad
versus patrem ꝛ matrem ꝛ socrum ne quis
pietatem religioni anteferret subicit
dicens. Qui amat patrem ꝛ matrem
plusquam me. Et in Cantico legimus
Canticorum. Ordinate in me caritatem.
hic ordo in omni affectu necessarius
est. Ama post deum patrem ama
matrem ama filios. Si autem necessi
tas venerit ut amor parentum ac filio
rum dei amori comparetur ꝛ non pos
sit utrumque servari odium in suos
et pietas in deum est. Non ergo prohi
buit amari patrem aut matrem sed
signanter addidit qui amat patrem
aut matrem plusquam me ꝛ qui non ac
cipit crucem suam ꝛ sequitur me non
est me dignus. In alio ewangelio scri
bitur qui non accipit crucem suam
cottidie. Nec semel parentum ar
dore fidei posse sufficere semper circum
portanda est ut semper nos xpm
amare doceamus. Qui recipit
vos me recipit ꝛ qui me recipit
recipit eum qui me misit. Ordo
pulcherrimus ad predicacionem mittit
docet pericula non timenda affectus
subicit religioni. Aurum supra tule
rat dicens gratis accepistis gratis date. Unde
ergo sumptus vel victus necessaria. Aus
teritatem mandatorum spe temperat pre
missorum. Qui recipit inquiens
vos me recipit ꝛ qui me recipit
recipit eum qui me misit. Ut in

suscipiendis apostolis dominus quemque cre-
dentium xpm se suscepisse attestatur
qui recipit prophetam in nomine prophete
mercedem prophete accipiet et reliqua.
Qui prophetam recipit ut prophetam
et intelligit eum de futuris loqu-
entem hic mercedem prophete accipiet.
Igitur iudei carnaliter intelligen-
tes prophetas mercedem non accipient
prophetarum. Aliter in omni professione
zizania mixta sunt. Certo premi-
serit qui recipit vos me recipit
recipit eum qui me misit. Ad sus-
ceptionem magistrorum discipulos provoca-
verat. Poterat occulta esse credentium
responsio quod et pseudo prophetas et iudam
proditorem debemus recipere et illis
alimonia ministrare. Hoc dominus ante
preveniens non personas suscipiendas
eis dixit sed nomina et mercedem
non perdere suscipientes licet in-
digni sint qui suscepti sunt
et quicumque potum dederit uni ex
minimis istis calicem aque frigi-
de tantum in nomine discipuli amen dico
vobis non perdet mercedem suam. Legi-
mus in propheta david. Concupiscen-
dus concupiscencias in pectus quod
multi peccatorum suorum qui iustas pre-
tendunt occasiones et quod volunt
delinquunt videantur necessitate
peccare. Dominus scrutator cordis et
renum futuras cogitationes in
singulis cohercet dixerat qui
recipit vos me recipit. Et hoc
preceptum multi pseudo prophete

et falsi predicatores poterant im-
pedire. Medicatus est huic scan-
dalo dicens. Qui recipit iustum
in nomine iusti mercedem iusti ac-
cipiet. Rursus alius poterat cau-
sari et dicere paupertate prohibeor
tenuitas me retinet ut hospi-
talis esse non possum. Et huic
excusationem levissimo precepto
diluit ut calicem aque frigide
toto animo porrigamus. Frigide
inquit aque non calide ne et calida
paupertatis penuria et lignorum
occasio quereretur. Tale quid ut
ante iam diximus apostolus ad
Galathas precepit. Communicet is
qui cathezizatur ei qui se cathe-
zizat in omnibus bonis. Et
discipulos admonuit refrigeria confor-
tatio quod poterat quilibet obicere de
paupertate et parcitati claudere fines
quod ille ponat in medio et pluri-
ma questione dicens. Nolite errare
deus non irridetur. Que enim
seminaverit homo hec et metet. Et
est sensus. Scriptum tempus corpori-
um tamen aliud habeat conscientia. Nec
potes fallere cohortatorem. Sed
scito quecumque seminaveris tu et
messurus. Item de uno ma-
rtire secundum lucam.

In illo tempore dixit ihesus discipulis
suis parabolam hanc. Homo quidam
nobilis abiit in regionem longin-
quam accipere sibi regnum et reverti.

Omelia leonis eiusdem benaf

H[omo] ergo Bede p[res]b[yte]ri
nobilis qui abiit in re
gione longinqua dicit
ut in p[rese]nti lectione audistis ipse
d[omi]n[u]s ihesus xp[istu]s intelligitur
Regio longinqua eccl[es]ia g[e]n[t]ium
usq[ue] ad fines terre dilatata dicit
Abiit enim d[omi]n[u]s salvator n[oste]r de
synagoga iudeorum quae p[ro]p[ri]e p[ro]pria
et hereditas eius dicitur in regio
nem g[e]ntilium ut plenitudo eorum
p[er] sanctos p[re]dicatores intrans
ad fidem eius venitur ante
quod i[n] novissimis temporibus p[re]di
catione helye et enoch o[mn]is israel
ingreditur ad fidem ut salvus
fiat Vocatis aut[em] decem servis
suis dedit illis decem mnas et
ait illis. Negociamini du[m] venio
Denarius nu[meru]s ad legem p[er]tinet
quam decalogum vocat ita q[uod]
p[ate]r familias decem suos quia
elegit discipulos p[ro]lixa legis
imbutos dat illis decem mnas
qui legis decal[ogum] sp[irit]ual[ite]r intellige
re revelat post passionem & resur
rectionem q[uo]q[ue] suam aperuit illis
sensum ut intelligerent scripturas
Una namq[ue] centum drachmis
appenditur & omnis scriptura s[an]c[t]a sermo
quia vite celestis p[er]fectionem sugge
rit quasi nu[m]mi centenarii pon
dere fulgescit. Cives aut[em] eius
oderunt illum & miserunt legatos

post illum dicentes. Nolumus
hunc regnare sup[er] nos. Cives im
pios iudeos dicit de quibus alibi
p[ro]testatur q[uod] nunc autem viderunt
et oderunt me & patrem meum
Qui non solum p[rese]ntem usq[ue] ad
mortem crucis oderunt s[ed] etiam p[ost]
resurrectionem eius miserunt p[ost] sacratam
ap[osto]lis p[re]dicationem regni celestis
spreverunt. Et f[actu]m est ut rediret
accepto regno sicut tempus quando in
manifestissima et evidentissima
claritate venturus qui eis humilis
apparuit terribilis tunc temporis venit. Et
iussit vocari s[ervos] nos quibus dedit
pecuniam. Ut sciret quantum quisq[ue]
negociatus esset. Ut sciret non q[uo]
cum q[ui]s lateat cui verissime datum
est. Sed tu omnia scis & sic dicit
ut scias unus fecerit. Tunc enim omni
opera & cogitaciones palam omnibus
ostendit. Nemo sane arbitretur
eos solum quibus p[re]dicatum est ad
iudicium tunc esse vocandos ipsi
enim sunt pecunia quam boni servi
acquirere debent nicando q[ui] etiam
sciat eos q[ui] quibus num[quam] p[re]dicatum
est ibidem adesse dampnandos
Unde ipse dicit. Cum sederit filius
filius i[n] sede maiestatis sue tunc
congregabuntur ante eum omnes gentes
Venit aut[em] primus dicens domine
mna tua decem mnas acquisivit
Primus servus ordo doctorum est ad p[ro]p[ri]um

israheliticum missus qui una mna
negociatus acceperit qz unum
dominum unam fidem unum baptizma
unum deum predicare iussus est
Sed hec eadem mna decem mnas
acquisiuit qz populum sub lege con
stitutum sibimet docendo sociauit
Et ait illi. Euge serue bone qz
in modico fidelis fuisti eris potes
tatem habens super decem ciuitates. In mo
dico seruus est fidelis qui non ad
ulterauit uerbum dei sed sicut
ex deo coram deo in xpo loquitur.
Modicum enim est in prima donorum in
comparacione futurorum prauium est. Ci
uitates enim decem sunt anime ple
bis uerbum ad graciam euangelii be
nicte quibus tunc iure glorificatus
dominus ille preponitur qui eis pecuniam
uerbi digne deo commendauit. Hu
iusmodi negociator ecclesias ciuita
tes quibus preerit hoc est animas
quas regenerans acceperat alloquitur
que est ait mea spes et gaudium
aut corona glorie. Nonne nos an
dominum. Et alter venit dicens domine
mna tua fecit quinque mnas. Et
huic ait. Et tu esto super quinque ci
uitates. Seruus iste cetus est
eorum qui gentili populo euangelizare
missi sunt cum dominus ad predicandum
eunti una mna hoc est una eadem
qz fidem que israhelitico populo credita
est prestitit. Sed hec quinque mnas
fecit qz gentes corporis sensibus an

tea mancipatas ad fidei euangelii
graciam conuertit et qui eis eterne
vite docendo communicauit recte
quinque ciuitatibus preponi meruit
quia non de suis tamen sed auditorum
suorum quos ad salutem vocauit
honoratur. Et alter venit dicens
domine ecce mna tua quam habui
repositam in sudario. Timui enim
quia homo austerus es tollis quod
non posuisti et metis quod non se
minasti. Seruus qui negociari
iussus acceptam domini pecuniam in
sudario reposuit ondit eos qui
ad predicandum ydonei sunt predica
cionis officium iubente domino percepto
sollicitudine sibi suscipere uel sus
ceptum digne gerere detrectant
pecuniam quippe in sudario liga
re est percepta dona sub ocio
lenti corporis abscondere. Sunt
enim homines qui hac sibi prosperi
tate blandiantur ut dicant. Suf
ficiat ut de se unusquisque racione
reddat quod opus est aliis
predicare ut eciam de opere racione
reddere quisque cogatur cum apud
deum eciam illi sunt inexcusabi
les quibus lex data non est neque
audito euangelio dormierunt qz per
creaturam poterant creatorem cognos
cere. hoc est enim quod metere ubi non
seminauit id est eciam eos impietatis
reos tenere quibus uerbum legis
aut euangelium non ministrauit.

est hoc ante velut in pictum iudi
cium demittentes pigro languore
ac ubi iniustitiae conquiescit et
hoc est quasi in sudario ligare quod
acceperint. Dicit ei de ore tuo
te iudico serve nequam. Servus
nequam vocatur quia piger ac
deses est ad exercendum nego
cium spiritualium ac superbus ad accu
sandum domini iudicium. Scie
bas quod ego austerus homo sum tol
lens quod non posui et metens quod
non seminavi et quare non dedisti
pecuniam meam ad mensam. Ere
putaverat se per excusationem di
xisse in culpam propriam vertitur.
Si nunc dominum et crudelem me
esse noveras et aliena sectari
ubique metere ubi non seminaverim
cur non te istius modi cogitatio in
cussit timorem ut scires me mea
diligentius quaesiturum et dares pe
cuniam meam ad mensam. Pecunia
quoque et argentum predicatio verbi
est et sermo divinus qui dari debuit
ad mensam hoc est promptis pa
ratisque fidelium cordibus et tunc
ego veniens cum usuris utique
exegissem illud. Cum ubi pe
cuniam doctoris percipit unitas
credendo necesse est ut eam quan
tum usuris solvat operando ut
quod auditu didicit exequatur
et actu. Sed sunt quae pecunia

etiam non data recipitur vel etiam
de accepto ubi fidelior usuris sol
vit qui ex eo quod audit etiam
illa studet intelligere que nec
dum ex predicatore didicit. Et
astantibus dixit. Auferte ab illo
minam et date illi qui decem
minas habet et dixerunt ei domine
habet decem minas. Recte amittit
collatam gratiam qui predicando aliis
communicare neglexit ut ei au
geatur qui inde laboravit. Dico
autem vobis quia omni habenti da
bitur et habundabit. Ab eo autem
qui non habet et quod habet auferetur ab
eo. Hoc asumpto sententia [illegible]
doces nullum posse amittere munus
dei qui habens non habet id est non
utitur et in eo augeri qui
habens habet hoc est qui bene utitur.
Notandum quod illud domini reden
tis exemplum etiam nunc est ex parte
celebratum sed tunc est universaliter
implendum. Cottidie namque a
patre accepto regno redit quia
peregrinantis in terra ecclesie sue statum
conspicit cottidie in tanto fide
lium suorum animo sive pecuniam
negotiationis commodat in altero
modum conservati operis examinat
hunc fideliter prudenterque labora
tem amplioris gratie munere ditat
illum desidias molles et inercia
livore otia sectantem ex eo quod docet

pinat. Simus itaq fres in ope mede
facetes pter eternam retribucionem
cottidie ad meliora tendamus ip
sa enim apprehendendi auiditas
ipa consuetudo pficiendi semp nos
ad meliora prouocet. Et ubi vide
rit deus deuocionem animi arde
ciore insinuabit affectum et
quanto nos ~~apposuimus~~ addide
rimus ad studium tanto ille appo
net adiutorium quanto nos appo
suimus ad diligenciam tanto ille
ad est ad gloriam Unde alio loco
dicit posui adiutorium sup pote
tem. Greg. de gracia ua satur
rp fectus p fectibus seruiunt lu
cra lucris et mercata mercis luc
sunt ut quanto quis plus acquiri
cepit tanto plus cohectur et delec
tetur inquirere ut aquisicionis
aquirendi mutat appetitum et quanto
quis auidius de sapie bonis
hauserit tanto plus hanire desi
deret. Sicut ipa sapiencia loquit
Qui edit me adhuc esuriet. Pr
gamus itaq kmi cursum nrm
ut constat in nouissimus vita nra
et queramus usq in fine. Unde
sine fine gaudere mereamur.
Sed ista non possimus exercere
corporis labore confeamus nos ad
spiritualium bonorum desiderium et eo
pmiacionis et utilitatis augme
tum cottidie in cordibus nris
disponamus ascensus ut debeis
opibus ad meliora pficiamus

Nulla infirmitate nulla etate
lassari possimus. Ut hijs spi
ritalibus quibusdam gradibus asce
dere mereamur ad promissa dni
nri ihu xpi Qui cum patre et
spu sancto viuit et regnat amen

Item omelia lectionis eius
dem ut supra

O
rganis sancti
Evangelii fres kmi textum
usq ad iota et unum api
cem iusticia e inuolutus enig
mate utpote totus in parabolis
et figuris digestus sicut scriptum
est quod dns ihc ppls neq
sine parabolis loquebatur. Sed ec
cum iam olim preciosissimi
odor vngenti sicut a fris gesta
est prius et in tota mundi re
dolcat domo. Sit me iopem
spu nra dilco seruus saluato
ris sedere compellit vestigia
Et tum maria i. stella maris
huius scilz mundi splendidissimo
lumine nardi pistici alabastr
continuerit aut tam tali odoris se
cus panderit thecas. Unde
nam nostrum me tam ydoneum
distorre ut saltem minimum ex
diuitis mea dotis valeam polire
et nostris instruere auditores
Tam volatis ut supalis denticulo
notet si id nasico pfice quod
exigit cautelis vim tn ec me
ordinis nris membris suffra
gan sponpondistis spus sancti
immune fretus sagenulam
mei spus australibz nullo

gmitte ptimesco suia cuilis sacs quia si me scires scapulos qua libz restrictionem passus sicco no meo bico p uno impio qd' euenit imputabitis homo quida nobilis utiqz dilcissimi no singulari homo iste sine dignitatis aditione expmit qr potuit relator huius enigmatis dice ho quida s3 addidit nobilis mentm quide aspiciens ad ingressum potitie ignauia. Cernis ergo p hunc hoiem nobilem quis nisi deus ac r' receptor nr datur intelligi duos natales sicut scti co firet etia illustres ac mirabiles habuit unu in celo alteru in terra unu ex patre an ome seculum alterum ex matre in fine seculi unu ex pre quo tristicti est eternus alteru quo nr sunt tpaliter subiectus patris vo natalis omno est ineffabilis testate ppha q dicit Generationem eius quis enarrabit Matris qz in enarrabilis quia virgo concepit virgo pepit virgo pma sit. Sed hec dilectissimi quadmodu nos pia mit scti doc etia magis sunt credenda qm disputanda. Qui pot capere capiat et qui no pt capere fiducia credat. Abijt in regionem longinquam accipe sibi regnum reuerti Perquirendu est fres kmi que sit longinqua regio quo abijt

qui ubiqz est. Clamabat enim p Jeremiam vate. Celum et terram ego impleo. Quo ergo abijt q celu implet et terram. Quo abijt cuius presentiam nec infimus latet. Quo abijt qui ps decantat Si ascendero celum tu illic es si descendero ad infernum ades. Que est regio illa longinqua quo perexit qui celestia terrestria replet et inferna. Fratres mei nos pro modulo nro quidque exinde animaduertimus indicare vobis parati sumus. Si tamen vos melius intellexistis melius pate vna nobiscum libentissime i sermone flagitamus. Omnis enim dilectissimi caro quia nali pondere pregrauata in diuersis non pot esse locis nisi indigenz localiter cmoueri ubi vero ad alia licz meliora tunc secederet procul dubio qui regionem commutat qui diuinis quibus fruebatur illico caret. Receptor ergo nr scdm illud qd deus est habz eo incomprehensibile sicut et genitor eius quia ponna filius cum patre sum vero illud qd inter eos dolens suscepit natura miserie i. verum carne localis factus est ergo cum ascendisset in celum scia qz nrm nectauit sbam quo utiqz nisi i regione nunc longinqua qua licz pmiserit se cum suis fidelibz usqz ad consummationem seculi manere diuinitas tamen ab illorum conspectu ablatus est qui eum spiritu intueri desiderabat pute

Inde est quod beatus petrus in illo tempore transfigurationis monte tria voluit fieri thabernacula et postea ex certissime sue precedentis passionis ait domine propitius sis tibi et non erit tibi hoc. Nunc dominus statim increpavit Vade in post retro me sathanas non sapis ea que dei sunt sed que hominum. Quid est beatissime petre. Nunquid non semper cupiebas priorem tenere que pati nolebas. Sed quia voluntati eius contradicis vade retro eum id est sequere eum ut eius perficias voluntatis. Convocatis autem decem servis suis dedit illis decem mnas per decem servos omnes intelligit homines qui secundum ipsam virtute carismatum acceperunt mnam. Alii enim datur sermo sapientie alii fides alii gratia sanitatum alii genera linguarum alii interpretatio sermonum alii operatio virtutum alii prophetia alii discretio spirituum. Hec autem omnia neque per largitate aut paritate personis singulis sed pro capacitate qualitate distribuuntur quibus sicut membra unum corpus sustinent ita distributo gratiarum munere etiam compaginata corpore omni livore repulso concorditer christo adheret capiti. Et ait illis. Negotiamini dum venio. Felices servi qui dominum suum celeriter venire cognoverint sicut negociati id est bona opera agere non desinunt quem cum venerit et eos cum duplicata mna

qui ad exemplum apostolorum sua relinque
runt omnia et secuti sunt christum iudi
ces tecto cum eo venturos sicut
etiam omne mortalium genus esse iu
dicandum. Quia enim duodenario
rio sepe numero solet in scriptura
universitatis designari per xii sedes
apostolorum omnium universitatis iudica
cium et per xii tribus israel universitas

eorum qui iudicandi sunt ordo iur. Unde notandum quod duo sunt ordines electorum in iudicio futuri. Unus iudicantium cum domino, de quibus hic loco memoratur qui reliquunt omnia et secuti sunt illum. Alius iudicatorum a domino qui non quidem cuncta sua pariter reliquerunt sed de hiis tamen que habebant cottidianas dare elemosinas pauperibus christi curabant. Unde auditurus sunt in iudicio Venite benedicti patris mei possidete paratum vobis regnum a constitucione mundi. Esurivi enim et dedistis michi manducare sitivi et dedistis michi bibere. Quorum et in superioribus huius lectionis dominus meminit cum principi quodam interroganti quod bonum faciendo vitam possit habere respondit. Si vis igitur ad vitam ingredi serva mandata. Non homicidium facies non furtum non falsum testimonium dices. Honora patrem et matrem et diliges proximum tuum sicut teipsum. Ergo qui mandata domini servat ad vitam ingreditur. Qui autem non solum mandata servat verum etiam consilium domini quod de contempnendis mundi diviciis ac luxibus tribuit sequitur, non tantum vitam percipiet ipse sed etiam de vita aliorum cum domino iudicabit atque ita fit ut in iudicio sicut diximus duo sunt ordines bonorum. Sed et reproborum duos ibi futuros ordines domino narrante reperimus. Unum eorum qui fidei christiane misteriis initiati opera

fidei exercere contempserunt quibus in iudicio testatur Discedite a me maledicti in ignem eternum qui paratus est dyabolo et angelis eius. Esurivi enim et non dedistis michi etc. Alium eorum qui fidem misterii christi vel numquam susceperunt vel susceptam per apostasiam suam reiecerunt de quibus dicitur. Qui autem non credit iam iudicatus est quia non credidit in nomine unigeniti filii dei. Qui enim nec verbotenus christum colere noluerunt nec verba saltem eius quibus eos arguat in iudicio merentur audire sed ad hoc tamen veniunt in iudicium ut cum eis qui iudicantur peccatoribus in dampnacionem mittantur eternam. Unde hiis tam timore et amore debito pavendis percurrit, ad letissima potius domini et salvatoris nostri promissa convertamus auditum. Videamus quante gratia pietatis non eterne tantum modo vite premia suis sequacibus sed et temporis munera pollicetur eximia. Et omnis inquit qui reliquerit domum vel fratres aut sorores aut patrem aut matrem aut uxorem aut filios aut agros propter nomen meum centuplum accipiet et vitam eternam possidebit. Qui enim tenuis affectibus sive possessionibus pro discipulatu renunciavit quo plus in eius amore profecerit

eo plures inveniet qui se r̄thio
sic pie affectu et suis gaudeant
sistentiae substanciis eiusdem
nimirum professionis utique consor
tes qui se pro Christo paupere factum
in suis domibus agrisque recipe
et maiori prorsus quam uxor pater
frater vel filius carnalis devo
cione caritatis respondere delectet.
Centuplum namque quod ait non
numerum sed immensum in Christo et
pervictum pro Christo fidelibus sed
universitate personarum quam qua pau
pertate invicem serviunt ostendit.
Cuius rei et in nobis insipientes fratres
karissimi sepe experimentum sumpsimus cum
alicubi pretium necessitate di
ergo dictes omnia nobis monasteriorum
habitacula que ipsa parte cognovi
mus cunctos in imum obsequio
sincerissima devocione pro nos
aspeximus et inchoare in beate
memorie nostre benedicte cuius hoc
venerabilem assumpcionis diem
debita solempnitate recolimus
totum lectionis huius tenorem vide
mus perfectissime completum. Delectet
cum omnibus sanctis esse Christum
quod spiritus eius que in sancto regni
acquisierat vel acquirere vole
bat tamen esse nobilis natu ad
beatorum apostolorum limina romam pere
natus est volavit ut quod nidum
adhuc regente angelorum fides
et ceterorum instituto sedebat
ibi potius perfectam vincendi
forma sumeret ubi primos
apostolos Christi totius ecclesie caput
eminere cernimus. Ibi ergo eru
ditus in Christo illis in partibus
antecessores ibi est monasterialibus im
butus institutis ibidem totum vite
sue tempus erat exacturus si non
apostolica domini ipse prohibet auctori
tas qui enim ipse ducendum
Britaniam secum recordacionis
archiepiscopum theodorum primam re
dire precepit. Nec longo post se
tempore etiam reges seculi cogito
utriumque eius studio locum ei mo
nasterii condendi non ab aliquo
ministrorum minorum personarum obla
tum sed de suis propriis donatum dare
curabat. Quem ille acceptum
mox perfectissime monasterium regularem
disciplina in hiis quibus que insti
tuit non proprio capite de certa nos
statuens sed antiquorum statuta
certissima monasteriorum que peregre
didicerat sibi suisque observanda
proponens. Nec talibus vestrum
fratres grave debet videri si nos
loquimur. Sed delectabile potius
estimari quod vera loquimur quod
patris nostri spiritualis gesta narravi
mus tamen in alio festo in quo dominus
quod fidelibus suis promisit adim
plevit quod omnis qui reliquerit
domum vel fratres aut sorores aut
patrem aut matrem aut uxorem aut
filios aut agros propter nomen meum

centuplum accipiet in hoc tempore
et in seculo venturo vitam eternam.
Reliquit cognatos qui patriam de-
seruit accepit centuplum quia
non solum acceptis in hac terra pa-
tria industria merito venerationi
habitus est sed in gallia et in yta-
lia roma quoque ac maris insu-
lis ab omnibus qui eum nosse potue-
rant dilectus a deo et ipse ut propria impli-
citus ad profectum nostrum scilicet huius quod illum
nuper fundasse gaudebat. Iohannem
illi abbatem atque archicantorem
romane ecclesie sicut testatur vite eius
bene meruit brittannia a roma
adducendum prestaret per quem idem mo-
nasterium morem canendi ac ministran-
di canonicum iuxta ritum sancte
romane atque apostolice ecclesie perciperet.
Reliquit domos et agros quos
habuerat proposito atque agere semper
virtutis paradysi coronam non ma-
num fecerat sed etiam in celis se acci-
pere sperabat. Reliquit uxorem et
filios non quidem uxore accepta
et filios ex ea natos sed uxorem
prorsus accipere ex qua filios habere
posset castitatis amore contempsit
malens ad illa centum quadraginta
quatuor milia electorum pertinere qui can-
tant canticum nouum ante sedem
dei et agni quod nemo potest dicere nisi
illi hii enim sunt qui cum mulieribus
non sunt coinquinati et sequuntur agnum
quocumque ierit. Et accepit centuplum
quidem non hiis solummodo sed et in tantissima

rimus cum patribus plurimi suas
domos recipere in monte et suorum
fructibus agrorum refrigerare de-
siderabat quin maneret plures
illi qui veri deo deuoti parvi mi
constatis excellentia non minore quam
coniugibus ac parentibus propriis di-
lectionis instantia seruiebat. Acce-
pit centuplum domos et agros qui
loca sunt in quibus monasteria construxit
adeptus est uxore sibi dimisisse
proposito et hoc centuplum accipiet quam
nimirum centuplo maius esset
tunc meritum constituit. Nec conti-
nentes per fructum spiritus quam inc-
ontinentes quodcumque per desiderium
teneamus quippe numerus ut sepe dictum
est perfectorum figurate deinceps.
Nos namque sumus filii eius quos
dilexit in hanc monachice deuo-
tionis domum pius prouisor indu-
xit. Nos sumus filii eius quos
diuiserat carnaliter editos parentibus
in una sancte professionis fami-
liam spiritualiter fecit aggregari. Nos
sumus filii eius si iter virtutum eius
imitando tenemus si non apo-
stasiam regulam quam docuit tor-
pendo deflectimus. Meminimus
fratres qui illum nosse potuimus
dicere et auditu quos post obitum
illius in hanc fraternitatem consor-
tium pietas superna aggregauit
quid quam diu sollicitus erat corpore
pro gloria sancte dei ecclesie et maxime

profectus monasterii pariter honore et
quiete semper laborare procurabat
totiens mari transito numquam ut est
consuetudinis quibusdam vacuus
et inutilis rediit sed nunc librorum
copiam sacrorum nunc reliquiarum beato
rum martirum christi munus ve
nerabile detulit nunc archi
tectos ecclesie fabricande nunc
vitri factores ad fenestras eius
decorandas pariter ac muniendas
nunc cantandi in ecclesia peritos
atque ministrandi sancti magistros ad
duxit nunc epistolam privilegii a
domino papa missam qua nostra liber
tas ab omni extrinseca irruptione
tutaretur apportavit nunc pictu
ras sanctarum hystoriarum que non
ad ornamentum solummodo ecclesie ve
rum ad instructionem intuentium
proponerentur advexit videlicet ut qui
litterarum lectionem non possent opera
domini et salvatoris nostri per ipsarum con
tuitum disceret ymaginum qui
in hiis et in huiusmodi rebus to
tam plura laborare studuit
ne nobis aliqua sit laborandi
remaneret necessitas. Ideo totiens
transmarina loca adiit ut
nos omnibus sacre salutaris
dapibus habundantes intra
monasterii claustra quieti et se
curi libertate christo servire que
amus. Verum etiam cum corporis in
firmitate corriperetur premeretque

acribus semper meus deo debitas
gratiarum actiones de monasterio quem
condiderat docuerat regulas ser
vandis semper de cunctis sanctis obser
vatoribus per omnes civitates et
maxime rome viderat semper de
locis sanctis que se historice
invenire meminit loqui ac recitare
delectabile habeat. Sic longi viti
tum studiis exercitatus longo in
super annorum infirmitatis nimio
excoctus post centupla gratie
pritis minima ad vitam transiit
eternam. Hunc necesse est fratres karissimi
ut tamquam boni filii tanto pa
tre digni existamus ac precepta illius
in omnibus sequamur. Curemus neque
illa nos a vestigiis tanti docto
ris sequendis mentem ut carnis illece
bra teneat omnibus ipsi qui carna
les affectus subsistimus quam religi
nimus terrena qui uxorem ducere ac
filios carnaliter procreare angelice
conversationis amore fastidivimus
ingestendi contentum spiritualium me
rito in imperpetuum centuplum accipere
despicietate sorum et in seculo ven
turo vitam possidere meremur
eternam prestante gratia redemptoris
nostri domini qui vivit et regnat cum pa-
tre.

Item omelia lectionis eiusdem
beati Jeronimi presbiteri etc.

Tunc videns Symon petrus
dixit. Ecce nos reliquimus
omnia et secuti sumus te.

Quid ergo nobis erit. Grandis fi-
ducia petrus piscator erat di-
ues non fuerat cibos manu et
arte querebat et tamen loquitur confi-
denter reliquimus omnia. Et quia
non sufficit tamen relinquere iungit
quod perfectum est et secuti sumus
te fecimus quod iussisti quid
igitur premii dabis nobis. Ihesus
autem dixit eis. Amen dico vobis
quod vos qui secuti estis me in re-
generatione sedebitis super sedes. ii. iudicantes. xii.
tribus. xii. iudi. xii. tribus israel. Non
dixit qui reliquistis omnia hoc
enim socrates fecit philosophus et multi
alii qui diuitias contempserunt
sed qui secuti estis me quod
ipse est apostolorum atque credentium. In
regeneratione cum sederit filius
hominis in sede maiestatis sue
qui ex mortuis de corruptione
resurget in corrupti sedebitis
et vos in soliis iudicantium condemp-
nantes .xii. tribus israel quia nobis
credentibus illi credere noluerunt.
Et omnis qui reliquit domum
uel fratres aut sorores aut patrem aut
matrem aut uxorem aut filios aut
agros propter nomen meum centuplum
accipiet et vitam eternam possidebit.
Multi autem erunt primi nouissimi
et nouissimi primi. Locus iste cum
illo sibi concinit in quo saluator
loquitur non veni mittere pacem sed
gladium veni enim separare hominem
a patre suo et matrem a filia
et virum a socero suo et inimici
hominis domestici eius. Quicunque
propter fidem christi et predicacionem eius
omnes affectus contempserint
atque diuitias et seculi volup-
tates isti centuplum accipient et
vitam eternam possidebunt. Ex occa-
sione huius sentencie quidam introducunt
mille annos post resurrectionem
dicentes nobis tunc centuplum omnium
rerum quas dimisimus et vitam
eternam esse reddendam non intelli-
gentes quod si in ceteris digna sit
repromissio in uxoribus appareat
turpitudo ut qui unam pro domino
dimiserit centum recipiat in futuro.
Sensus igitur iste est qui carna-
lia pro saluatore dimiserit spirita-
lia recipiet que comparatione et meri-
to sui ita erunt quasi paruo
numero centenarius numerus comparetur.
Unde dicit apostolus. Qui unam
tantum domum et unius prouincie par-
uos agros dimiserat quasi
nichil habentes et omnia possidentes.

Item omelia lectionis eiusdem
beati augustini episcopi etc.

Amen inquit dico vobis
quod vos qui secuti es-
tis me in regeneratione cum
sederit filius hominis in sede maiestatis sue sedebitis et
vos super sedes .xii. iudicantes .xii. tribus israel.
Hic dicturus cum discipulis suis
iudicaturus ihesum unde et alibi
iudeis dixit. Si ego in belze-
bub eicio demonia filii vestri

in quo eiciunt ideo ipsi iudices vestri erunt. Nec quia super xii sedes sessuros ait xii solos homines cum illo iudicaturos putare debemus. Duodenario quippe numero universitas quedam significata est iudicantium multitudo. Propter duas partes numeri septenarii quo significatur plerumque universitas que due partes idem tria et quatuor alteram per alteram partem multiplicate xii faciunt. Nam quater tres et ter quatuor xii sunt. Si qua alia huius duodenarii numeri que ad hoc valeat ratio reperitur. Alioquin quia in locum Iude traditoris apostolum Mathiam legimus ordinatum, apostolus Paulus qui plus omnibus illis laboravit ubi ad iudicandum sedeat non habebit quod profecto cum aliis sanctis ad numerum iudicum se pertinere demonstrat cum dicit: Nescitis quia angelos iudicabimus. De ipsis quoque iudicandis in hoc numero duodenario sicut tamen est. Non enim quia dictum est iudicantes xii tribus Israel, tribus Levi que tertia decima est ab eis iudicanda non erit aut solum illum populum non etiam ceteras gentes iudicabunt. Quod autem ait in regeneratione procul dubio mortuorum resurrectionem nomine voluit regenerationis intelligi. Sic enim caro nostra regenerabitur per incorruptionem quemadmodum est anima nostra regenerata per fidem.

In natali unius confessoris non pontificis secundum Lucam.

In illo tempore dixit Ihesus discipulis suis: Nemo lucernam accendit et in abscondito ponit neque sub modio. **Omelia lectionis eiusdem venerabilis Bede.**

De se ipso hec **presbiteri** dominus loquitur ostendens et si se dixit nullum requirentium negare nisi signum Ione dandum, nequaquam tamen lucis sue claritatem fidelibus occultandam. Ipse quippe lucernam accendit qui testam humane nature flamma sue divinitatis implevit quam profecto lucernam nec credentibus abscondere nec modio supponere hoc est sub mensura legis includere vel intra unius Iudee gentis terminos noluit cohibere sed super candelabrum imposuit ut qui ingrediuntur lumen videant. Candelabrum ecclesiam dicit cui lucernam super posuit quia nostris in frontibus fidem sue incarnationis affixit ut qui ecclesiam fideliter ingredi voluerint lumen veritatis palam queant intueri. Una secta iudeorum quia protervas condempnat qui signa querentes extrinsecus aperta lucis ianuam noluit intrare credendo. Denique precepit ne opera tantum non sed et cogitationes intimas etiam cordis intendentes mundare castigare meminerint. Nam sequitur lucerna corporis tui est oculus tuus. Corporis quippe dicit opera que

palam cunctis apparet Vnde lu
cem ipsam mentis intencionem que
operatur et deinceps merito eadem opera
lucis aut tenebrarum sunt opera
distinguuntur sicut ipse consequenter expo
suit dicens Si oculus tuus fuerit
simplex totum corpus tuum lucidum
erit si autem nequam fuerit eciam corpus
tuum tenebrosum erit Si igitur pura
vtique intencione quod potes agere bona
studueris lucis profecto sunt opera
que facis eciam si coram hominibus
imperfectionis aliquid habere videantur quia
diligentibus deum omnia cooperantur
in bonum hijs qui secundum propositum
vocati sunt sancti Si autem perversa
est intencio que precedit pravum
est omne opus quod sequitur quamuis
rectum esse videatur Vnde ergo ne lu
men quod est in te tenebre sunt hoc
est ne ipsa cordis intencio que
lumen est anime viciorum caligine
suffusa sedula discrecione preuide
mus quod alibi precipit Omni cus
todia custodi cor tuum quoniam ex ip
so vita procedit Si ergo corpus tuum
lucidum fuerit non habens aliquam
partem tenebrarum erit lucidum totum
et sicut lucerna fulgoris illumina
bit te Totum corpus nostrum omnia
opera nostra dicit quia apostolus me
bra nostra nuncupat quedam opera
que improbat et mortificanda pre
cipit dicens Mortificate ergo membra
vestra que sunt super terram fornicacionem in

mundiciam libidinem cetera talia
Si ergo ipse bonum bona intencione
perpetramus non habens in bona conscientia
aliquam partem tenebrose cogitacionis
eciam si contigerit de proximorum
vel bona accione notari vbi gracia
et de perpetua quod alte indiges et
petens accipiat facere velis pra
aliquid mali et verbo exhorta
cionis quo exercitate corrigere no
lebas forte periculosius errare
tu tamen puro simplici et lucido cor
de hic et in futuro lucis gracia
donaberis Et tamen ypocritis
phariseorum sub dolo signa queren
tium specialiter dicta nos in sta
tum moralem generaliter in
stituerunt. In natali virginis
virginis secundum Matheum.

In illo tempore dixit Jhesus
discipulis suis parabolam
hanc. Simile est reg
num celorum decem virginibus que
accipientes lampadas suas exi
erunt obviam sponso et sponse

Omelia lectionis eiusdem
beati gregorii pape habita ad
populum In natali sancte Agathe
martiris.

Sepe nos
fratres karissimi ammoneo prava
opera fugere mundi huius
inquinamenta devitare Sed hodi
erna sancti evangelii leccione compellor
dicere ut et bona que agitis cum
magna cautela timeatis ne per hoc

quod a nobis recte geritur fauor aut gratia humana requiratur ne appetitus laudis subripiat et quod foris ostenditur intus a mercede vacuetur. Recte enim redemptoris voce decem virgines et omnes dicuntur virgines et tamen intra beatitudinis ianuam non omnes recepte quia earum quedam dum de virginitate sua gloriam foris expetunt in vasis suis oleum habere noluerunt. Sed prius querendum nobis est quid celorum regnum aut cur decem virginibus comparetur que etiam virgines prudentes et fatue dicuntur. Dum enim celorum regnum constat quod reprobus nullus ingreditur, etiam fatuis virginibus cur simile perhibetur. Sed sciendum est nobis quod sepe in sacro eloquio celorum regnum presentis temporis ecclesia dicitur. Mittet filius hominis angelos suos et colliget de regno eius omnia scandala. Neque enim in illo regno beatitudinis in quo pax summa est inveniri scandala poterunt que colligantur. Et inde rursum dicitur. Qui ergo solverit unum de mandatis istis minimis minimus vocabitur in regno celorum qui autem fecerit et docuerit sic homines hic magnus vocabitur in regno celorum. Mandatum quippe solvit et docet qui hoc quod sermone predicat vivendo non implet. Sed ad regnum eterne beatitudinis pervenire non valet qui non vult opere implere quod. Unde ergo in eo minimus vocatur qui ad hoc nullomodo intrare permittitur. Regnum itaque presentem ecclesiam nisi prius etiam celorum regnum dicitur. In qua doctor qui mandatum solverit minimus vocatur quia cuius vita despicitur restat ut eius predicatio contempnatur. In quinque autem corporis sensibus unusquisque subsistit. Geminatus autem quinarius denarium perficit. Et quia ex utroque sexu fidelium multitudo colligitur sancta ecclesia decem virginibus similis denuntiatur. In qua quia mali cum bonis et reprobi cum electis admixti sunt recte similis virginibus prudentibus et fatuis esse perhibetur. Sunt namque plerique continentes qui ab exteriori se appetitu custodiunt et spe ad interiora rapiuntur. Carnem macerant et toto desiderio ad supernam patriam anhelant eterna premia expetunt pro laboribus suis recipere laudes humanas nolunt. Hii nimirum gloriam suam non in ore hominum ponunt sed intra conscientiam contegunt. Et sunt plerique qui corpus per abstinentiam affligunt sed de ipsa sua abstinentia humanos favores expetunt doctrine insistunt indigentibus multa largiuntur sed fatue profecto sunt virgines quia sola laude transitorie

retribucionis querunt unde et ap
te subiungitur. Vnde autem fatue
non sumpserunt oleum secum.
Prudentes autem acceperunt
oleum secum in vasis suis cum
lampadibus. Per oleum quippe
nitor glorie designatur. Vascula
autem nostra sunt corda in quibus
ferimus cuncta que cogitamus.
Prudentes ergo oleum in vasis
habent quia nitorem glorie
intra conscienciam retinent Paulo
attestante qui ait. Gloria nostra
hec est testimonium consciencie nostre. Fatue
autem virgines oleum secum non
sumunt quia gloriam intra conscienciam
non habent dum hanc ab ore proxi
morum querunt. Non dum quod omnes
lampades habent ~~dum hanc ab ore~~ vel
~~proximorum querunt~~ eat sed oleum non ha
bent quia plerumque bona in se
opera cum electis et reprobi osten
dunt sed soli ad sponsum cum
oleo veniunt qui de hiis que for
is egerunt intus gloriam querunt. Vn
de per prophetam quoque de sancta electorum
ecclesia dicitur. Omnis gloria eius
filie regis ab intus. Mora autem
faciente sponso dormitaverunt omnes
et dormierunt quia dum venire
iudex ad extremum iudicium differt
electi et reprobi in bonis morte
sompno sopiuntur. Dormire enim
mori est. Ante sompnum ergo dor
mitare est ante mortem a salute
languescere quia per pondus eius
egritudinis pervenitur ad sompnum

mortis. Media autem nocte cla
mor factus est ecce sponsus venit
exite obviam ei. De adventu sponsi
clamor in media nocte fit quia
sic dies iudicii subripit ut pre
videri non valeat qui venit.
Unde scriptum est dies domini
sicut fur ita in nocte veniet.
Tunc omnes virgines surgunt quia
electi et reprobi a sompno sue mor
tis excitantur. Lampades ornant
quia sua secum opera numerant
pro quibus eternam recipere beatitudinem
expectant. Sed lampades
fatuarum virginum extinguntur
quia earum opera que clara ho
minibus foris apparuerunt in
adventu iudicis intus obscuran
tur et a deo retribucionem non in
veniunt quia pro eis receperunt
ab hominibus laudes quas
amaverunt. Quid est autem quod
tunc a prudentibus oleum petunt
nisi quod in adventu iudicis se
intus vacuas invenerint testi
monium foris querunt. Ac si a sua
fiducia decepte proximis dicant
quia nos quasi sine opere repelli
conspicitis dicite de nobis que
quod vidistis. Sed prudentes
virgines respondent dicentes. Ne
forte non sufficiat nobis et
vobis. In illo enim die quod tunc
de quibusdam in parte cetera que
conspectibus loquor sibi unusquisque
testimonium unius cuiusque vix

suffitiat quanto minus et sibi et
proximo ubi competimus principis
subdunt. Ite potius ad vende
tes et emite vobis. Vendito
res quippe olei adulatores sunt
Qui cum acceptam qualemcumque gra
tiam vanis suis laudibus in tore
glorie offerunt quasi oleum ve
dunt. De quo proculdubio oleo psalmista
dicit Oleum autem peccatoris non
impinguet caput meum. Princi
pale etenim nostrum caput est
Appellatione autem capitis eaque
principatur corpori mens vocatur.
Impinguat ergo caput oleum pecca
toris cum demulcet mentem favor
adulantis. Sed dum eunt emere
venit sponsus quia dum vite sue
testimonium a proximis querunt iudex
venit qui non operum sed cordium
testis est. Et que parate erant
intraverunt cum eo ad nuptias et
clausa est ianua. O si sapere
in cordis palato possit quid
admirationis habeat quod dicitur
venit sponsus. Quid dulcedi
nis habeat quod dicitur intraverunt cum
eo ad nuptias. Quid amaritu
dinis et clausa est ianua. Venit
quippe ille qui in adventu suo
elementa concutit in cuius conspectu
celum et terra contremiscunt unde
etiam propheta dicit Adhuc semel
et ego movebo non solum terram
ad cuius examine omne humanum
genus deducitur tunc ad videndum
tam malorum remuneracionem

quam bonorum angeli archangeli
throni principatus et dominationes ob
sequuntur. Pensate fratres karissimi ad
conspectum tanti iudicis qui in
illo die terror erit cui iam pene
remedium non est que illa confu
sio cum reatu suo exigente eru bu
get in conventu omnium hominum ange
lorumque erubescere qui pavor erit
quam tranquillitas mentes humana cape
non valet etiam raritatem videre
que idem propheta. Dum intueris ait
dies illa dies ire dies calami
tatis et miserie dies tenebrarum
et caliginis dies nebule et turbi
nis dies tube et clangoris. Pe
sate fratres karissimi Cristum diem in
diem super corda reproborum quam aspe
ritate propheta videt amarescere
que tot appellationibus non valet
explicare. Quanta vero tunc erit elec
torum leticia qui de eius meren
tur visione gaudere de cuius co
spectu vident et elementa contremiscere
cum eo simul ad nuptias intrare
qui et in sponsi nuptiis gau
dent et tamen ipsi sunt sponse quia in
illo eterni regni thalamo visi
oni intrare ducuntur quo sibi
visio numquam imperium ab amoris
sui complexibus evellitur. Tunc
regni ianua lugentibus claudit
que modo cottidie penitentibus aperi
tur. Erit namque tunc penitentia sed iam
non erit fructuosa quia nequaquam tunc
veniam invenit qui modo aptum venie

tempus perdidit. Hinc etenim paulus
dicit. Ecce nunc tempus acceptabile
ecce nunc dies salutis. Hinc etiam
propheta ait. Querite dominum dum in-
veniri potest invocate eum dum
prope est. Unde et easdem fatuas
virgines invocantes dominus non
audit quia intercluso regni ia-
nua is qui prope esse poterat prope
iam non est. Nam subditur
Novissime autem venerunt et re-
lique virgines dicentes domine domine
aperi nobis. At ille respondens ait
Amen dico vobis nescio vos
Iam ibi a deo non potest inveniri quod
petit qui hic noluit audire quod
iussit. Unde tempus congrue peni-
tencie frustra ante regni ianua
cum precibus venit. Hinc est quod
ad salomonem dominus dicit vocavi et
renuistis extendi manum meam
et non fuit qui aspiceret despexistis
omne consilium meum et increpaciones
meas neglexistis ego quoque in interitu
vestro ridebo et subsannabo cum
vobis quod timebatis evenerit
cum irruerit repentina calamitas
et interitus quasi tempestas ingruerit
quando venerit super vos tribulacio
et angustia. Tunc invocabunt
me et non exaudiam. Mane con-
surgent et non invenient me. Ecce
aperi clamant et repulsionis sue
dolore compulse appellacionem domina-
tionis ingeminant dicentes domine domine
aperi nobis preces offerunt sed nesci-
unt quod tunc videlicet incognitos deus

deserit quos modo suos per vite
meritum non agnoscit. Ubi apte
quoque generalis ad discipulos ex-
hortacio subinfertur cum dicitur
vigilate itaque quia nescitis
diem neque horam. Quia post pecca-
tum deus penitenciam suscepit si sciret
quisque in presenti seculo quo tempore
exiret. Aliud tempus voluptati-
bus atque aliud penitencie aptare
potuisset. Sed qui penitenti ve-
niam spopondit peccanti diem crasti-
num non promisit. Semper ergo extremum
diem debemus metuere quem numquam
possumus providere. Ecce enim hunc
diem in quo loquimur ad induci-
as conversionis accepimus et tamen
mala que fecimus flere recusa-
mus non solum admissa non plan-
gimus sed etiam que deflenda sunt cu-
gemus. Et si qua nos egritudo
corripiat si signa egritudinis
vicinam mortem denunciet indu-
cias vivendi querimus ut peccata nostra
defleamus et eas tamen magno estu
desiderii petimus quas acceptas
modo pro nichilo habemus. Rem sermo
refero quam si intente vultis audire
caritas vestra ex consideracione illius
vehementer instruitur. Quidam
vir in valeria provincia nomine
crisaurius fuit quam nobilis lingua
nostra tam plus terrenum vocabat
vir valde ydoneus sed tam plenus
vitiis quam rebus superbia
tumidus carnis sic volup-
tatibus subditus in acquirendis

rebus [illegible] avaricie facibus ac
census. Sed cum tot malis dns
finem ponere decreuisset sicut a religi
oso quodam qui inuit sup est ipm
quo illius didici corporis languore
percussus est qui ad extremum veniens
eadem hora que exiit iam de cor
pore apertis vidit oculis tetros
et nigerrimos spūs coram se assiste
et vehementer immine ut ad inferni
claustra se rapent. Cepit tunc
pallescere sudare et magnis vocibus
inducias pete filiumque suum nomine
maximum quem ipe iam monachus
monachum vidi nimis turba
tis clamoribus vocare dicens.
Maxime curre numquam tibi
aliquid mali feci in fide tua me
suscipe. Turbatus mox maximus
affugit lugens et perstrepens fami
lia conuenit. Eos autem quos ille
insistens sibi grauiter tolerabat
ipi malignos spūs videre nō po
terant sed eorum presenciam in confu
sione et pallore ac tremore illius
qui trahebatur videbant pauore
ac terrore eorum ymaginis hinc
illincque vertebat in lectulo iacebat
in sinistro latere aspectum eorum
ferre nō poterat vertebat ad pari
etem ubi ad erant. Cumque constri
ctus nimis relaxari se iam posse
desperaret cepit magnis vo
cibus clamare inducias vel usque
mane. Sed cum hec clamaret
in ipis suis vocibus de habita

culo sue carnis euulsus est. De
quo nimirum constat quia pro nobis
nō pro se viderit ut eius visio nobis
proficiat quos adhuc diuina
paciencia longanimiter expectat. Quia
illi tetros spūs ante mortem
vidisse et inducias petisse quid pro
fuit qui easdem inducias quas nō
accepit. Nos igitur fratres karissimi nos sol
licite ista cogitemus ne nobis in
vanum tempora pereant et tunc querimus
ad bonum agendum viuere cum iam co
pellimur de corpore exire. Memorare
quod veritas dicat. Orate ne fiat fu
ga vestra hyeme vel sabbato. Per hyemem
quippe mandatum ambulare longius
in sabbato nō licet. Tempus quoque adam
bulandum impedimento est quia gressus
ambulancium torpor frigoris
astringit. Ait igitur orate ne fiat fu
ga vestra hyeme vel sabbato. Ac si
aperte dicat. Videte ne tunc queratis
peccata vestra fugere quando iam nō licet
ambulare. Illud igitur tempus quo fu
gere nō licet nō debet cogitari dum
licet. Illa hora est nostri exitus spū in
tuenda. Ista redemptoris ammonicio
ante oculos semper ponenda quia ait Vi
gilate itaque [illegible] quia nescitis
diem neque horam. [illegible] Omelia
leccionis eiusdem beati augustini
Inter parabolas a epi. etc.
dno dictas solet questiones
multum exercere ista que de decem
virginibus posita est et multum

quidem hunc multi semper servant que non sint preter fidem sed quod partibus eius omnibus conveniat exposicionem elaboraverunt, que legi etiam in sacra scriptura exceptarum que apocrife nominantur quod non sit contra catholicam fidem. Sed hunc locum michi minus congrue visum est considerationis huius similitudines partes. Verum autem michi videatur non absurde hoc loco accipi quantum potero breviter et diligenter exponam. Interrogatus igitur dominus in secreto a discipulis de consummatione seculi inter multa que locutus est hoc quoque dixit. Tunc simile estimabitur regnum celorum decem virginibus que acceperunt lampades suas et venerunt obviam sponso. Quinque ex eis erant fatue et quinque prudentes. Sed quinque fatue acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum in vasis cum lampadibus suis. Tardante autem sponso dormitaverunt omnes. Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines ille et aptaverunt lampades suas. Et dixerunt ille stulte ad sapientes: Date nobis de oleo vestro quia lampades nostre extinguuntur. Responderunt autem sapientes et dixerunt: Ne forte non sufficiat nobis et vobis, ite potius ad vendentes et emite vobis. Et dum irent emere venit sponsus et que parate erant intraverunt cum eo ad nuptias et clausa est ianua.

Novissime autem ve[…]nerunt et relique virgines dicentes: Domine domine aperi nobis. At ille respondens ait: Amen dico vobis, nescio vos. Vigilate ergo quia nescitis diem neque horam. Decem utique virginibus quoque admittuntur quinque excluduntur bonorum et malorum discrecio significata propter virginitatis nomen. Honorabile est autem receptis exclusis quoque que est. Deinde quid sibi vult numerus in utraque parte quinarius. Quid autem significat oleum, cuius significat videre quod sapientes petentibus non communicant, et unde probas non sit eas que ita perfecte sunt ut absque sponso recipiatur, quo nomine ullo dubitante dominus Ihesus Christus significati et intrantes esse oporteat ad prestandum exceptio quod hunc preter venire illa sententia eiusdem domini dicentis: Omni petenti te tribue. Tertium est autem quod posset demum non sufficere utrisque. Hec maxime auget questionis difficultatem quod qui recte diligenter consideraverit ut omnia in unam rationem concurrant, nichil quod in una parte dicatur quod impediat aliam, magna tamen est adhibenda. Videntur quidem michi virgines quinque significare quinque partitam continentiam carnis illecebris. Continendus est enim cum appetitu a voluptate oculorum a voluptate aurium a voluptate olfaciendi gustandi tangendi. Sed quia

ista continencia ptm coram deo
fit ut illa placeat maiore gau
dio co sic ptm coram deo fit
ut illi placeat in timore gaudio
co sic ptm coram hominibz tm
ut gloria hua capiat quoqz sol
te utreqz tamen virgines quia
utraqz continencia est quamvis dun
sa sornite gaudeat. quod solet
dici virginitas uticqz in coniugato
tamen ubi e fidei virginitas que
exhibet pudiciciam coniugalem
lampades ante sunt que manu
bus portantur opa virginitas
que exhibet pudiciciam coniuga
lem. Non ut nomen sanctas vera non
imporbie sum adam sed sm in
tegritate fidei qua etiam fide ab
illiatis abstinet et bona opera
sunt unumqz vel una quaqz aiaz
virgine dici hoc est tota etiam
que constat ex virginibus ipmie
eximaliter feminis et uxoratis
viris uno nomine virgo e ap
pellata unde hoc probamus ap
ostoli audi dicentem non solum
sanctimonialibus sed omnibus pr
sus etiam desponsavi vos uni vi
ro virginem castam exhibere xpo. Et
quia virginitatis corruptor
dyabolus timendus e continuo
ipse apostolus cum dixisset desponsavi
vos uni viro virginem exhibere
xpo adiunxit atqz ait. Timeo
enim ne sicut serpens evam se

duxit in versucia sua sic et sensus
corrumpantur a castitate que est
in xpo ihu. In corpore pauci vir
ginitate hnt in corde omnes hre
debent. Si igr et abilliciatis absti
nencia bona e. unde virginitatis no
men accepit et opa bona lauda
bilia sunt que significantur lam
padibus quasi quoqz admittuntur
et quoqz repellunt. Si et virgo est
et lampade fert et tamen non
admittitur ubi se videt quia non
virginitate abilliciatis servat
nec opa volens bona habere in
tenebris ambulant. De istis ergo
fratres mei de istis potius disspu
temus. Non vult vide quod ma
lum est abilliciatis sanctificatorum in
toribus audit olfactu abilliciatis
sanctificatorum cibis audit gustum
frangit panem esurienti introducit
hospitem in domum vestit nudum
concordat litigiosum visitat egro
sepelit mortuum. Ecce virgo ecce
lampades sunt. Quid quum aplius
adhuc quero. Quid adhuc quer
inquis. Adhuc quero intentum
me fecit evangelium sanctum cum ipsas
virgines eius ferentes lampades
nullas dixit prudentes alias stul
tas unde inveniam unde discernimus
de oleo. Aliquid magnum surgit oleum
valde magnum putas non caritas
est. Querere dicimus non sumaz
precipitamus unde michi videtur

oleum caritas significatur. Dicam vobis
Apostolus dicit: Adhuc excellentiorem
viam vobis demonstro super emi
nentiorem viam quam demonstrat. Si lin
guis hominum loquar et angelorum
caritatem autem non habeam factus
sum sicut es sonans aut cymbalum
tinniens. Ipsa super omnes via
caritas que merito oleum significatur.
Omnibus enim humoribus oleum sup
eminet. Mitte oleum et desuper funde
oleum supereminet. Si ordine fer
vantis vivit. Si ordine nature
vivit. Caritas numquam cadit.
Unde est quod sequitur. Jam discepto
de quinque virginibus prudentibus et
quinque fatuis voluerunt ire obviam
sponso. Unde est ire obviam sponso?
Corde ire exspectare adventum
eius. Sed ille tardabat. Dum tardat
ille dormierunt omnes. Unde est
omnes? Et fatue et sapientes et ob
dormitaverunt et dormierunt. Pu
tas est bonus somnus iste? Ille
forte tardante sponso quoniam habun
davit iniquitas et refrigescit ca
ritas multorum subiecit et ait:
Qui enim perseveraverit usque in finem
salvus erit. Si vultis esse istos
prudentes. Non in hiis qui perseveraverint
usque in fine. Non ob aliud
scis non ob aliud prius admit
tentur in ... nisi quia perseveraverunt
usque in fine. Non quia eis obrepsit
frigus caritatis non in eis refrixit
caritas sed fervet usque in finem.

Ideo eis datum est ut intrent sicut
illi optimo servo: Intra in gau
dium domini tui. Unde est quod dor
mierunt omnes? Est alius som
nus quem nemo evadet. Non
recordamini apostolum dicentem: De dor
mientibus enim nolo vos ignora
re fratres, idem de hiis qui mortui
sunt. Quare enim dormientes vo
cantur? Quia suo die resuscita
tur. Ergo dormitaverunt omnes.
Putas quia prudens est non habet
mori? Sive fatua sit virgo sive prudens sit
virgo somnum mortis omnes pa
tiuntur. Alii enim dicunt sibi homines:
Ecce iam dies iudicii venit, tanta
mala fiunt, tante tribulationes cre
brescunt. Ecce omnia que prophete
dixerunt bene completa sunt. Iam
dies iudicii instat. Qui in hoc di
cunt et fideliter dicunt tamquam obviam
ei sponso cogitationibus talibus.
Sed ecce bellum super bellum, tri
bulatio super tribulationem, terre
motus super terremotum, fames
super famem, gens super gentem,
et non dum venit sponsus. Cum
ergo exspectatur ut veniat obdormi
unt omnes illi qui dicunt: Ecce
venit dies iudicii. Ecce hii nos
inveniet cum dicit dormiunt. Er
go obstinet ad somnum suum et p
severet in caritate usque ad som
num suum et exspectet illum in
veniat somnus. Putas enim quid

dormit nunquam qui dormit non
adiciet ut resurgat dormitaue
runt ergo et de illis prudentibus et de
illis fatuis omnes dormierunt
Ecce media nocte clamor factus
est. Unde est media nocte quia
non sperabitur qui non creditur. Nocte
posuit pignoritia ne aliquis qui co
putet sibi. Ecce ab adam tot
anni transierunt et ecce complentur
sex milia annorum computabatur et
ecce transierunt unum sompnus qui iam
venit. Unde dominus nescitis verum
ipsum diem audi quoniam non est vestrum nos
se tempora que pater posuit in
sua potestate dies domini ait apostolus
tamquam fur in nocte ita veniet Er
go vigila corde ne fures patia // velis
ris. Nam sompnus mortis velis no
lis veniet. Sed tamen fortis fuit cla
mor media nocte. Unus est cla
mor nisi de quo apostolus dicit In ictu
oculi in novissima tuba canet
enim tuba et mortui resurgent in
corrupti et nos inmutabimur. Denique
clamor factus media nocte quo
clamatur ecce sponsus venit quod
sapuit. Surrexerunt omnes vir
gines ille. Unde est surrexe
runt omnes veniet hora dixit
ipse dominus qua omnes qui in mo
numentis sunt audient vocem eius
et perdent. Ergo ad tubam no
vissima surrexerunt omnes prudentes
tes cum ille tulerunt oleum secum

in vasis suis. Unde est in vasis
suis in cordibus suis unde dicit
apostolus. Gloria nostra hec est testimonium
conscientie nostre ibi oleum metu
num oleum de dei dono oleum
hoc denique homines oleum mitte
int possint olyna carere non
possunt. Ecce habeo oleum in
quod tu casti oleum de dei do
no habes oleum porta tecum Intus
habe ibi deo place. Etenim ecce
iste virgines stulte que non por
taverunt oleum secum abstinentia
est sua quia virgines appellantur
et bonis operibus quia lampades
sunt videntur hominibus nolunt
placere inde dominum omnia ista lau
dabilia faciunt oleum secum
non portat. Tecum porta intus
porta ibi videt deus ibi porta
testimonium conscientie tue porta. Cum
ambulat ante ad testimonium alienum
oleum non portat secum. Ideo
abstines a bullicitis ideo facis
bona opera ut ab hominibus laude
ris. Non est intus oleum domini
quia quecumque ceperint homines non
laudare deficiunt lampades Ut
tendat itaque caritas vera denique
dormiret ille virgines non est
dictum quia extinguebat lampa
des illarum fatuarum. Sapientium
lampades ardebat de oleo int
no de conscientie securitate devotio
ne gloria de ultima caritate ardebat

tamen et illarum fatuarum que
tunc ardebant quia non deerat
laudes hominum post ea quam surrexe
runt idem in resurrectione a mor
tuis ceperunt aptare lampades
suas i. preparare deo operum suorum red
dere racionem. Et quia tunc nemo
est qui laudet omnis homo tan
se sue vacat nemo est tunc qui de
se non cogitet. Non ergo erat qui ven
deret oleum ceperunt deficere lam
pades et converterunt se fatue ad
quinque prudentes date nobis de
oleo vestro quia lampades nostre ex
tinguuntur. Sed querebant quod consue
verant alieno luce oleo ad alie
nas laudes ambulare date nobis
de oleo vestro et reliqua. At ille
ne forte non sufficiat nobis et
vobis ite pocius ad vendentes et
emite vobis. Non consolamentum sed
irridencium est ista visio. Quare
irridencium. Quia sapientes erant
quia sapiencia erat illis. Non enim
sapientes de suo erant sed illa in illis
erat sapiencia de qua scriptum est
in quodam libro. dixit contemptori
bus suis cum venerint mala
ad que imitatus est illis ego vero
perdicioni superridebo. Si ergo sapiencia
dixit vestre perdicioni superridebo
Quid mirum est quod sapientes
irrident fatuas. Ite ad venden
tes et emite vobis quia non sole
batis bene vivere nisi quia vos homines
bene laudabant qui vobis oleum

vendebat. Quid est oleum ven
debat laudes vendebat. Qui
vendunt laudes nisi omnes adu
latores quanto melius non acquie
vissetis adulatoribus et intus oleum
portaretis propter bona consciam
bona omnia opera faceretis. Tunc
diceretis emendabit me iustus
in misericordia et arguet me oleum autem
peccatoris non impinguet caput
meum. Melius michi emendet me
iustus corrigat me iustus co
laphizet iustus quam impinguet
caput meum oleum autem peccatoris
Quid est oleum peccatoris nisi bla
dimenta adulatoris. Ite ergo adhuc
dentes hoc facere consuevistis
nos autem vobis non damus. Quare
Ne forte non sufficiat nobis et
vobis. Non de desperacione dictum est
sed sobrietate et pia humilitate. Qua
nis enim bonis habebat bona
consciam unde scit quemadmodum
iudicet ille qui neminem fallit
habet bona consciam. Quod illum
titulat crimina in corde concepta
propter cottidiana quedam vite huma
ne que secundum istam contineancia
sunt dictum est enim luceat opera
vestra coram hominibus. Omnes vero
acceperunt lampades suas et ve
nerunt obviam sponso. Intelli
gendum est ergo Christi nomine censeri
de quibus agitur. Non enim possunt
qui christiani non sunt sponso Christo

venite obviam. Sed quia fatue
acceptis lampadibus suis non
sumpserunt oleum secum cum ul
tiem quis de xpi bonitate
plurimum speret gaudium tamen
non habent dum conscientie virtute
nisi in laudibus hominum. Non ergo
habent oleum secum. Quam
ipsam leticiam oleum significari
arbitror. propterea inquit unxit te deus
deus tuus oleo leticie. Unum autem
non propterea gaudet quia deo inti
scientis placet non habet oleum secum.
Prudentes autem acceperunt oleum
secum in vasis cum lampadibus suis
i. leticiam bonorum operum in corde atque
conscientia posuerunt. Sic et apostolus
monet probet autem se ipsum homo inquit
et tunc in semetipso habebit gloriam
et non in altero. Tardante ergo sponso
dormierunt omnes quia ex utro
que genere tunc hominum sive eorum
qui tantum deo consultant sive eorum
qui in laudibus hominum acquiescunt
moriuntur hoc intervallo temporis donec
sub adventu domini fiat resurrectio mor
tuorum. Media autem nocte i. nullo
sciente aut sperante cum ipse di
cat dominus de die autem illa et hora
nemo scit. Et apostolus dicit dies
domini tanquam fur in nocte ita veniet
ex quo satis fiat penitus latere
cum veniat. Clamor factus
est. Ecce sponsus venit surgite
obviam ei. In ictu oculi in novis
sima tuba omnes resurgemus.

Ergo resurrexerunt omnes ille
virgines et aptaverunt lampades
suas i. rationes reddendas operum
suorum. Oportet nos exhiberi ante
tribunal Christi ut illic recipiat unus
quisque quod gessit in corde suo sive
bonum sive malum. Et dixerunt fatu
e ad sapientes date nobis de oleo
vestro quia lampades nostre extingu
untur. Quorum enim facta aliena lau
de fulciuntur eadem subtracta defici
unt. Et ex consuetudine illud semper
inquirunt unde gaudere solet animus. Ita
que hominum qui corda non vident testi
monium volunt habere apud deum
qui cordis inspector est. Sed quid
respondent sapientes. Ne forte non
sufficiat nobis et vobis. Unus
quisque enim pro se rationem reddet
nec alieno testimonio quisque
adiuvatur apud deum cui secreta
cordis apparent ut vix sibi quisque
sufficiat ut ei testimonium perhibeat con
scientia sua. Unus enim gloriabitur mun
dum se habere cor. Unde est quod
apostolus dicit michi minimum est
ut a vobis iudicer aut ab humano
die. Sed neque me ipsum iudico
Vera propterea omnis deest quisque aut
non omnia aut vix possit veram
proferre sententiam quo potest de alio iu
dicare cum sciat nemo quid agatur
in homine nisi spiritus hominis. Ite
magis ad vendentes et emite vobis
non consilium dedisse putande sunt

sed tamen eorum ex oblique contemneo
risse vendunt enim oleum adu
latores qui siue falsa siue igno
rata laudando in errores ani
mas mittunt et eis vana gaudia
tamquam fatuis consiliando aliquid de
his incedunt sine taborum sine
pecunie sine honoris sine cuiuscumque
huiusmodi temporalis accipiunt non intel
ligentibus quod datum est qui nos
felices dicunt in errore mittunt ue
bis est enim ob iniquitatem a iusto quod
corruptore laudatum emendabit me
in quid in sanctis in iniquitatem et arguet
me oleum autem peccatoris non impin
guet caput meum. Ite quoque ad vende
tes magis et emite vobis id est vi
deamus nunc quid nos adiuvet quod
nobis laudes vendere voluerunt
et vos in errore inducere ut non co
ram deo sed ab hominibus gloriam quere
retis. Euntibus autem illis eme
re venit sponsus id est inclinatis sed il
lis in ea que sunt foris et solitis gau
dere querentibus quia gaudia inter
na non noverunt venit ille qui iudi
cat atque parate erant id est quibus
bonum coram deo testimonium conscientia
perhibebat intraverunt cum eo ad
nuptias id est ubi mundi anima spe
ritus dei verbo fecundanda copu
latur. Clausa est ianua id est recepti sunt
illi qui sunt in angelica vitam
immutandi omnes enim resurgemus
nequaquam sed non omnes immutabimur. Clau
sus est aditus ad regnum celorum
non enim post iudicium sed ante precum a

incitorum locus. Novissime autem
veniunt reliqui virgines dicen
tes domine domine aperi nobis. Vero dum
est quod emerunt oleum video
intelligende sunt nullo lucro inma
nete de alienis laudibus gau
dio in angustiis et magnis af
flictionibus redire ad implorationem
dei. Sed magna est eius seve
ritas post iudicium post iudicium cuius
ante iudicium ineffabilis misericordia pro
gata est. Itaque iudicis ait amen
dico vobis nescio vos. Ecilla
scilicet regula quod non habet ars dei
hoc est sapientia dei ut venit in
gaudium eius qui non coram deo
sed ut placerent hominibus visi
sunt aliquid secundum precepta eius opera
ri atque ita conclusit vigilate ita
quia nescitis diem neque horam.
Non modo illius ultimi temporis quo
venturus est sponsus sed sue quisque
quia dormitionis diem et horam nescit
Unusquisque autem paratus esse usque ad
sompnum id est usque ad mortem que
omnibus debetur paratus inveniet
etiam cum illa maxima media
nocte vox fuerit qua omnes
evigilaturi sumus. Quod vero spo
so dixit obviam venire virgines
sic intelligendum puto ut ex ip
sis virginibus constet ecclesia que dicta
sponsa tamquam si omnibus christianis
in ecclesia concurrentibus filii ad
matrem currere dicantur cum ipsis
filiis congregatis constat ea

que dicit vir. Nunc enim desponsata est ecclesia et virgo est ad nuptias perducenda i. cum se continet a corruptione seculi illo autem tempore nubet quo dimissa mortalitate pervenit in immortali coniunctione. Scribit despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere christo vos enim virgines apostolus ad singulariter contendens ideo et virgines dici possunt et virgo. Cui nunc quinque dicte sunt ut michi videtur expositum est. Sed videmus nunc in enigmate tunc autem facie ad faciem et nunc ex parte tunc autem ex toto speculum autem in enigmate et parte sicut nunc in scripturis aliquis terminus quod tamen sit secundum katholicam fidem. Scilicet illo enim pignore continget quod accepit virgo ecclesia huius adventu sponsi sui quasi illo ultimo adventu cum veniet in claritate eius in propria facie ad faciem contuebitur. Dedit enim nobis pignus spiritum sicut dicit Apostolus et ideo ista expositio michi contra intuetur nisi ut secundum fidem sit neque aliis preiudicat que michi alio invenius secundum fidem esse potuint

Omelia lectionis eiusdem sancti Augustini episcopi.

Hesterna die qui affuistis promissorum nostram tenetis que hodie non solum vobis sed pluribus etiam qui convenerunt domino adiuvante reddenda est. Que sunt decem virgines quarum sunt quinque prudentes quinque stulte non facile indagari potest. Verumptamen secundum ea que continet ipsa lectio qualitate vere etiam hodie volui recitari quantum michi dominus intellectum donare dignatur non michi videtur ista parabola vel similitudo ad eas solas pertinere que ipsa et excellentiori sanctitate virgines in ecclesia nominantur quas etiam usitato vocabulo sanctimoniales appellare consuevimus. Sed nisi fallor hec similitudo ad universam ecclesiam pertinet. Si enim etiam si illas solas intelligimus que sanctimoniales vocantur non enim dicte sunt absit ut tanta virginum multitudo ad tam exiguum numerum revocetur. Forte enim dicit aliquis. Quid si multe sunt nomine reatu paucae sunt veritate ut decem inveniantur. Non ita est. Nam si solas decem intelligi vellet bonas non utique ostenderet quinque fatuas. Si enim multe sunt que vocantur et vere virgines decem inveniuntur quare contra quinque dominus ostio magne clauduntur. Intelligamus ergo karissimi omnes nos ad unam sanctam ecclesiam istam parabolam pertinere non ad solos prepositos de quibus hesterna die locuti sumus. Nec ad solas plebes sed prorsus ad omnes. Quare ergo quinque et quinque virgines omnes omnino sunt christianorum anime. Sed ut dicamus quod domino inspirante sentimus non qualescumque anime que tenent katholicam fidem et habere videntur bona

operta in media et extremis quinque sunt
prudentes et quinque fatue. Que nature
g(rati)a appellate sunt quibus et quare vir-
gines sunt videamus et deinde
totum considerimus. Omnis anima in
corpore ideo quinario numero censetur
quia quinque sensibus utitur. Nichil
est enim quod in corpore sentimus
nisi ianua quinque p(er)titum aut viden-
do vel audiendo vel olfaciendo vel gus-
tando vel tangendo. Qui igitur se absti-
net ab illicito visu abstinet ab
illicito auditu ab illicito olfactu
ab illicito gustu ab illicito tactu
propter ipsam integritatem virginitatis
nomen accepit. Sed si bonum est
abstinere ab illicitis sensuum motibus
ideo una queque anima xpi-
na virginis nomen accepit. Vere
quinque admittuntur et quinque repelluntur
parum est virgines sunt quia et lam-
pades habent propter bona opera de quibus
operibus dominus dicit. Luceat opera vestra
coram hominibus ut videant opera
vestra bona et glorificent patrem vestrum qui in celis est. Iste
discipulis dicit. Sint lumbi vestri
accincti et lucerne ardentes in mani-
bus vestris. In lumbis accinctis vir-
ginitas in lucernis ardentibus opera
bona. Quamvis licet sit bona conscientia cui
dixit dico dimitte nobis debita
nostra quia fecit quod sequitur. Sicut
et nos di(mittimus) de(bitoribus) n(ostris). Confregit panem suum
esurienti excorde de oleo interiore
fecit opera bona et tamen illo iudicio
venturo trepidat ypa cum bona
conscientia vide quid est date nobis

oleum. Audierunt. Iste potius ad
vendentes qui laudibus alienis
bene vivere consuevistis vobis enim
oleum non portantes. Nos autem
non damus ne forte non sufficiat
at nobis et vobis vix enim de nobis
iudicamus quanto minus possimus
iudicare de vobis. Quid est vix de
nobis iudicamus quia cum rex iustus
sederit in throno quis gloria-
bitur castum se habere cor. Forte tu
non invenis aliquid in conscientia tua
et inveniet ille qui melius
videt cuius acies divina penetrat
altiora videt forte aliquid inveniet
forte aliquid. Quanto melius illi
habetres in iudicium cum serno
tuo. Etiam quanto melius dices
dimitte nobis debita nostra quia
et dicet tibi propter illas fatuas ipsas
illas lampades. Esurivi et dedistis
michi manducare. Quid igitur ille
non illud fecerunt. Non fece-
runt autem illud sed quo fecerunt
quo pluribus dominus cum dixit Ca-
vete iustitiam vestram coram ho-
minibus ut videamini ab eis alio-
quin non habetis mercedem
apud patrem vestrum qui in celis est.
Et nolite sicut esse ypocrite
cum oratis. Amant enim in pla-
teis stantes orare ut videantur
ab hominibus. Amen dico vobis
perceperunt mercedem suam. Emen-
erunt precium dederunt non sunt
feruditi a desiderio suo laudes
habuerunt. Iste laudes huiuc

in die iudicii non eos admittat
Ille quod fecerunt luceat opa vra
cora hominibus ut videant bona
facta vra et glorificet vos. Vo
cum de tuo habes oleum uicte
te r dic habeo et non habeo. Quod
cum habes quod non accepisti. Er
go ille sic fecerunt ille sic non
est mirandum cum eunt emere
Quid est ante cum eunt emere
Cum querunt a quibus laudent
et non inveniunt apta est ianua
venit sponsus et sponsa. Tunc
gloriosa est etiam ut singula
membra ad totum se colligat
et intrauit cum eo ad nuptias
et clausum est hostium. Et pro
ea ille fatue venerunt sed nusquam
oleum emerunt vel a quibus
emerent invenerunt. Ideo clau
sas ianuas invenerunt pulsare
ceperunt sed sero dum est venie
nunt dum est non fallaciter dum
est pulsate r aperiet vobis. Sed
quomodo. Unum tempus misericordie
quod tempus est iudicii ne eum
possit confundi ista tempora
cum misericordiam et iudicium dno suo
cantat etiam. Tempus est nunc a
gere penitentiam tempore iudicii illam
habes agere eius in ruinibus illis
contra quas clausum est ostium
domus dei apud nobis quicumque non
penitentiam egerunt quia secum
oleum portarunt r quid illis prosit
scientia prima quod illas iudicabat verum
sapientia. Clausum est ergo ostium
Et quid est illis dum confito nom
vos. Non illas novit qui omnia
novit. Quid est ergo non novi vos
In probo vos reprobo vos in arte
mea non vos agnosco ars nescit
vitia r iudicat vitia. Nescit fatue
ea iudicat ea quem. Sic ergo non
novi vos. Sermit ergo et continuant
quis prudentes. Quia nulli estis
fratres mei in nomine xpi sit in nobis
quis prudentes non solum quis
homines sint in nobis quis prudentes
tes ad istum prudentium quamvis
mihi per ametes veniet enim hora
et quid nescimus veniet me
dia nocte veniet vigilate quia
nescitis diem neque horam. Si ergo
dormitum simus quod vigilemus
Corde vigila spe vigila caritate
vigila r quod corpore dormieris
veniet tempus ut surgas. Cum
autem surrexeris ipsa lampades
tunc non extinguntur tunc interio
res sciencie oleo vegetetur tunc
te sponsus ille in corporis nexibus
amplectatur tunc te introducat
in domum ubi nunquam tua lampas
possit extinguivi hodie vero labo
ramus r lampades nostre inter ne
tos seculi huius temptationes
fluctuat. Sed ardeat in robore
flamma vra ut ventus temptationis
augeat ignem potius quam exting
uat dno nro ihu xpo cui est
honor r potestas in secula seculorum amen.

In natali unius virginis lectio

In illo tempore dixit Ihesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum celorum thezauro abscondito in agro quem qui invenit homo abscondit et pre gaudio illius vadit et vendit universa que habet et emit agrum istum. Omelia lectionis eiusdem beati Gregorii pape habita ad populum in basilica sancte Agnetis in die natali eius.

Celorum regnum fratres karissimi idcirco terrenis rebus simile dicitur ut ex hiis que animus novit surgat ad incognita que non novit quatenus exemplo visibilium se ad invisibilia rapiat et per ea que usu didicit quasi confricatus incalescat et per hoc quod scit notum diligere discat et incognita amare. Ecce enim regnum celorum thezauro abscondito in agro comparatur quem qui invenit homo abscondit et pre gaudio illius vadit et vendit universa que habet et emit agrum illum. Qua in re hoc quoque notandum est quod inventus thezaurus absconditur ut servetur quia studium celestis desiderii a malignis spiritibus custodire non sufficit qui hoc ab humanis laudibus non abscondit. In presenti etenim vita quasi in via sumus qua ad patriam pergimus. Maligni autem spiritus iter nostrum quasi quidam latrunculi obsident. Depredari ergo desiderat qui thezaurum publice in via portat. Hoc autem dico non ut proximi opera nostra non videant cum scriptum sit videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum qui in celis est. Sed ut per hoc quod agimus laudes exterius non queramus. Sic autem sit opus in publico quatenus intentio maneat in occulto ut et de bono opere proximis prebeamus exemplum et tamen per intentionem qua deo soli placere querimus semper optemus secretum. Thezaurus autem celeste est desiderium. Ager vero in quo thezaurus absconditur disciplina studii celestis. Quem profecto agrum venditis omnibus comparat qui voluptatibus carnis renuncians cuncta sua terrena desideria per discipline celestis custodiam calcat ut nichil iam quod caro blanditur libeat. Nichil quod carnalem vitam trucidat spiritus perhorrescat. Rursum celesti regno negotiatori homini simile dicitur qui bonas margaritas querit sed unam preciosam invenit quam videlicet inventam omnia vendens emit quia qui celestis vite dulcedinem in quantum possibilitas admittit perfecte cognoverit ea que in terris amaverat libenter cuncta derelinquit. In comparatione eius vilescunt omnia. Deserit habita congregata dispergit in ardescit in celestibus animus nichil in terrenis libet deforme conspicitur quicquid de terrene rei placebat specie quia sola preciose margarite claritas fulget in mente. De cuius dilectione

recte per salomonem dicitur. Fortis
est ut mors dilectio. quia videlicet
sicut mors corpus interimit sic
ab amore rerum corporalium eterne vite
caritas occidit. Nam quem perfecte
absorbuit ad terrena foris deside
ria velud insensibilem reddit.
Neque enim sancta hec cuius hodie
natalitia celebramus mori pro do
mino potuisset in corpore si prius a
terrenis desideriis mortua non fuis
set in mente. Erectus namque in virtu
tis culmine animus tormenta
despexit premia calcavit. Ante
armatos reges et presides ducta
stetit ferientem robustior iudican
te sublimior. Quid inter hec nos
barbati et debiles dicimus qui
ire ad regna celestia puellas
per ferrum videmus. Quos ira su
perat superbia inflat ambitio per
turbat luxuria inquinat. Qui si
adipisci regna celorum per bella per
secutionum non possumus hoc ipsum
turpe nobis sit quod deum nolu
imus saltem in pace sequi. Ecce nulli
nostrum hoc tempore dicit deus pro me mo
rere sed illicita tantummodo in te de
sideria occide. Qui igitur in pace sub
igere carnis desideria nolumus
quando in bello pro deo ipsam carnem
daremus. Rursus simile regnum celo
rum sagene misse in mare dici
tur ex omni genere piscium congreganti.
Que implenda ad litus educi
tur in vasis boni eliguntur mali autem
proiciuntur foras. Sancta ecclesia sagene

comparatur quia et piscatoribus
est commissa et per eam quisque ad eter
num regnum a presentis seculi flucti
bus trahitur ne in eterne mortis
profundo mergatur. Que ex omni genere
pisces congregat quia ad peccatorum
veniam sapientes et fatuos liberos
et servos divites et pauperes for
tes et infirmos vocat. Unde et per psalmistam
deo dicitur. Ad te omnis caro veniat.
Que sagena scilicet etiam tunc omni
no saliter repletur cum in fine
suo humani generis summa concludit.
Quam educit et secus litus sedet
quia sicut mare seculum ita seculi
finem significat litus maris. In quo
scilicet fine boni pisces in vasis eli
guntur mali proiciuntur foras quia et electus
quisque in tabernacula eterna recipi
tur et interni regni luce perdita ad exte
riores tenebras reprobi pertrahuntur.
Nunc enim bonos malosque communi
ter quasi permixtos pisces sagena fidei
nos continet. Sed litus indicat
sagena sancta ecclesie quid trahebat.
Et quidem pisces mali qui capti
fuerint mutari non possunt. Nos
autem mali capimur sed in bonitate
permutamur. Cogitemus igitur in cap
tione ne dividamur in littore. Ecce
quam grata nobis hodierna solempni
tas interest si non modicum addicat
si cui ex hoc convictu mundo te esse
contingat. Quid ergo in illa die ac
turus est qui ab conspectu iudicis
rapitur ab electorum societate separatus

qui tenebrescit a lumine cruciabit etiam combustione. Unde et hanc eandem comparationem dominus sub brevitate aperit cum subiungit. Sic erit in consummatione seculi. Exibunt angeli et separabunt malos de medio iustorum et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus et stridor dentium. Hoc iam fratres karissimi timendum est potius quam exponendum. Aperta etenim voce tormenta peccatorum dicta sunt ne quis ad ignorantie sue excusationem recurreret si quid de eterno supplicio obscure diceretur. Unde subditur. Intellexistis hec omnia. Dicunt ei utique domine. Atque in conclusione subiungit. Ideo omnis scriba doctus in regno similis est homini patrifamilias qui profert de thezauro suo nova et vetera. Si per novum et vetus quod dicitur utrumque testamentum accipimus abraham doctum fuisse denegamus qui et novi et veteris testamenti et si facta novit nimirum verba minime narravit. Moysen quoque doctum patrifamilias comparare non possumus quia et si testamentum veteris edidit novi testamenti dicta non protulit. Quod ergo ab hoc intellectu excludimur ad alium vocatum. Sed in eo quod veritas dicit. Omnis scriba doctus in regno celorum similis est homini patrifamilias intelligi valet quia non de his qui fuerant sed de his qui esse in ecclesia poterant loquebatur. Qui tunc nova et vetera proferunt cum utriusque testamenti predicamenta vocibus et moribus loquuntur. Vel certe intelligi et aliter potest. Vetustas quippe humani generis fuit ad inferna descendere et pro reatibus suis supplicia eterna tollerare. Cui per mediatoris adventum novum aliquid accessit ut si hic recte studeat vivere celorum valeat regna penetrare ut homo in terra editus a corruptibili vita moriatur et in celo collocetur. Et vetus itaque est ut per culpam humanum genus in eterna pena intereat et novum ut conversus in regno vivat. Quod vero in conclusione locutionis sue dominus subdidit hoc est utique quod premisit. Prius enim de regni similitudine thezaurum inventum ac bonam margaritham protulit postmodum vero inferni penas de malorum combustione narravit atque in conclusione subiungit. Ideo doctus scriba in regno celorum similis est patrifamilias proferenti de thezauro suo nova et vetera. Acsi aperte diceretur. Ille in sancta ecclesia doctus predicator est qui et nova scit proferre de suavitate regni et vetera dicere de terrore supplicii ut vel pene deterreant quos premia non invitant. Audiat et de regno quod amet audiat de supplicio unusquisque quod timeat ut torpentem mentem districte vehementer inherentem si amor ad regnum non trahit vel timor impellat. Ecce

cui de vehemente expressione dicit
Ibi erit fletus et stridor dentium
Sed quia presencia gaudia secuntur
perpetua lamenta hic fratres ka
rissimi vana leticia fugite
si illic flere formidatis Nemo
etenim potest et hic gaudere cum
seculo et illic regnare cum deo
Temporalis itaque leticie fluxa
vestigia fugite carnis voluptates
edomate quicquid animo ex presenti
seculo arridet ex toto studeatis cone
ctum ignis amarescat Quicquid
quod in mente puerili hylarescit
hoc discipline iuvenilis censu
ra coherceat ut dum spontanee tempora
lia fugitis eterna gaudia sine
labore capiatis Ad Corinthios
Epistola
Qui autem gloriatur
in domino glorietur. Omelia
lectionis eiusdem
Fratres
Beatus apostolus sciens omnia bona
nos a deo habere que cunque
habere possimus sive in natu
ra qua ab illo facti sumus sive in insti
tuto sive in omni conversatione sancta in
fide in spe in caritate in bonis mo
ribus in iusticia in timore dei to
tumque esse ex illius donis sine cuius
quo nichil abstulit gloriam huma
nam et superbiam qua se dicunt
multi a se suisque meritis habere
quod habent. Et dicit. Qui gloria
tur in fide in predicacione in virtute mira
culorum vel in aliquo bono quod habet
non in se glorietur sed in domino
id est ad gloriam dei totum referat

et illius gratie reputet a quo
accepit illud ut quod sumus divi
num est. Ergo si nichil eramus cum
antequam essemus nichil promeruimus
apud ipsum ut boni essemus fecit
nos ut essemus boni dedit nobis
ut simus. Et non potuit alius dare
ut boni simus. Si ipse dedit ut
simus et alius dedit ut boni simus
melior est ille qui michi dedit
ut sim porro quia nemo in
ira largior a quo accepimus
ut boni essemus ab illo accepimus
ut boni essemus. Unde ipse omnes
debemus cum psalmista dicere. Deus meus
misericordia mea. Non enim qui seipsum com
mendat ille probatus est sed quem
deus commendat. Commendaciones ple
rumque pro laude ponit sicut in
isto loco et alibi ubi dicit idem apostolus
Ego debui a vobis commendari
id est laudari. Et non commendamus nos
nobis id est non laudamus nos apud
nos probatus aut idem est et probatus et
laudabilis sive laude dignus
Non inquit apostolus qui seipsum commen
dat et laudat apud homines ille pro
batus sive laude dignus quia vana
gloria patitur sed quem deus co
mmendat id est laudabilem reddit
ille laude est dignus Utinam
sustineretis modicum quid insipiencie
mee beneficiis pseudo apostolis ad
corinthios post discessum apostoli et
dicentibus apostolum non esse a deo missum
quia non fuerat a christo vocatus cum eius

ascensione nec ab illis edoctus
insup et eo tn̄ a pdicante pdica
tone alioꝝ aplōꝝ quos magnos
aplos vocabant auerterunt psu
mos ab amore apli quos ad a
morē suū traxerunt dicētes se
missos a magnis aplis a petro
andrea Jacobo ceterisq̄ aliis aplis
Ergo volens eos itū ab amore
eorū sepac̄ et ad suū reuocac̄
qui fidem xpi primus ī illoꝝ cor
dibus īpresserat laudabat se co
actus uībis sed nō corde neq̄ spn̄
quia sciebat nichil se pficē p̄pē
laude humana qui tn̄ ut illi ab
eius pdicatōe nō recederent. Et
qr apud homines stultū et insipna
est ut aliquis se laudet maxie
cū Salomō dicat laudet te alie
nus et nō os tuū extraneus et
nō labia tua nolens ipse laudic̄
se obtitū supdicat ne diceret aūs
occasione laudādi dixit vtina
sustinetis paucē corinthy mo
dicū q̄d insipie mee modica in
piencia mea qd' me laudo. Sed
et supportate me i. sustinete in
sipiencia mea in hac pte laudis
tm̄ q̄si dicet. Si vultis paciēt
sustinē vba mea dicā et si non
vultis utiq̄ nō ideo omitto di
cē qd' in animo de libertat̄ habeo
Et hec ille. Emulor em̄ vos
dei emulacōe. Emulacō em̄ est
laudē imitū amac̄ et studium
hic. Sed et in hoc loco p amore
ponit. Emulor em̄ vos dei
emulacione i. amo vos dei amo
re desponsdi em̄ vos uni viro
virginē castā exhibē xpo paulo
Aplus despōsauit corinthios
nō sibi sz xpo p pdicacōem sua
et pfidem Sicut moyses des
ponsauit ī egypto plebē ysrahe
ticam non sibi sed deo vn̄ pcep
tum est ei ut tolleret calcia
menta de pedibus suis. Signū
g° desponsacōnis et anulus quo
desposauit sic desposdit aplus
corinthios xpo fides fuit dn̄i
saluatoris q̄ instruit eis vn̄
dr̄ desponsaui em̄ vos uni viro
xpo exhibē vos volēs vginez
castam i. ut sparetis vos vir
ginē castā illi integritate fidei
seruātes virginitas em̄ ista pocius
est mentis integritas q̄ cor̄is
Si g° attendimus vginitatē cor
pis multo plures sē in ecctā virgi
nes mēte q̄ corpe. Et multe
sunt ex hiis integritatē corpis
adhuc habētes que mēte et
desiderio eam amiserunt. Una
pter melius ī vniūsale eccīaz
que cōstat ex multis sexu ex multis
ordine vginē castā esse ap
pellatā que ipsa est sponsa
xpi de qua Johēs ait. Qui hz
sponsam sponsus ē. Vniuq̄z g° i
ecctā ītegritate fidei hz q̄ bonis
opibus exornat virgo casta

est et si corpore non tamen mente
Verumque sponsa est christi. Ut in vero
virginitatis utrumque deo spiritualiter
caste et inviolate servierunt sicut
plurimi sanctorum fecerunt exnunc
quo sexum illi utique palmam obtine
bunt quam nemo coniugatorum possi
debit. Et si sexus femineus
qui tamen est fragilis et pectinis
observat quanto magis illi qui vir
tute viri nuncupantur. Timeo
autem ne sicut serpens evam seduxit
astucia sua idem ne sicut dya
bolus in diversis serpente seduxit
mulierem sua calliditate et per
mulierem decepit virum vel immo
corrumpantur sensus vestri per pseudo
apostolos qui se ministri dyaboli
et christi dicunt. Incipit exposi
tio super dominicam oracionem.

Pater noster etc. Pater noster.
Cum hec sit oracio do
minica quis eam aut plene
intelligere vel exponere potest quam divina
sapientia non per prophetam non per apostolum
sed ipso ore dictavit. Attamen
cum de fonte bibimus miti
gamus sitim et si totum fontem
non exhaurimus. In hac oracione domini
ca vii continentur peticiones
preter captacionem benivolencie.
Unde dicat pater captat benivolenciam
quia primum clamat qui dicit noster excclu
dit arrogantiam quia non sibi sin
gulariter prime omnibus enim patrem
esse asserit qui dicit. Unde celi
celis exhibet reverentiam quia
enim in altis habitare clamitat.
Sed oportet ut qui velit dicere
pater talis sint ut pater eum filium
recognoscat. Oportet etiam ut qui
velit dicere noster celis sint ne sibi
quod suum non est vendicare presumat.
Dicto de captatione benivolencie
procedendum est ad peticiones
quarum prima hec est. Domine sanctificetur
nomen tuum. Quoniam omnis scriptura
clamat deus sanctum nomen tuum. Cum
dicitur sanctificetur nomen tuum in cordibus
iudeorum et cordibus paganorum in qui
bus non dum sanctificatum est per fidei
confessionem vel aliter domine sanctificetur
nomen tuum in cordibus pravorum
in quibus non dum sanctificatum est per
bonorum operum exhibicionem. Secunda
est adveniat regnum tuum. Quoniam
regnum eius advenit quoniam ipse
rex noster a domino constitutus est. Cum
dicitur adveniat regnum tuum ita ut
expulso mundi regno et inimici
diabolo regnes in nobis. Tertia est
fiat voluntas tua sicut in celo et
in terra. Sicut adverbium est similitudinis
quo notat similitudinem. Inter quae non est
assignare nisi inter celestia et terrestria.
Sed videtur quod nulla sit ibi similitudo.
Angeli enim et archangeli non perfecti
sunt a via veritatis declinare
non possunt. Nos autem incaduci
et transitoriis consistentes fragiles su
mus et ad peccandum proni ut quid
ergo petimus a domino ut voluntas

enus fiat a nobis in terris sicut ab
angelis fit in celis. Nondum me
quod hoc adverbium sicut alii notat
rei similitudinem alii notat veritatis
expressionem ut in hoc loco quia licet
secundum rei voluntatem veritatem
non in deo perfecte fiat voluntas tua
a nobis in terris sicut ab angelis
fit in celis tamen petimus ut volun
tas tua fiat in terra sicut in celo.
Quarta est panem nostrum cottidia
num da nobis hodie homo constat
ex duplici substantia scilicet ex corpore
et anima ideo necessarius est ei
duplex panis panis corporalis
et panis spiritualis panis corporalis
quo corpus nutritur et panis
spiritualis quo anima reficitur panis
ille vivus qui de celo descendit pa
nis eciam ille quem nisi digne man
ducaveritis non habebitis vitam
in vobis. Et ita da nobis hodie
panem quo corpus nutriatur et eciam
panem quo anima reficiatur. Quinta est
Et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.
Contra petitionem colligimus quod si quis
aliquid habeat adversus fratrem suum
et ei non dimiserit potius est ei
hanc petitionem in eternum tacendam quam profe
rendam homo hominum iram servat
et a deo veniam querit absit enim
qui ita incaute hanc petitionem
protulerit veniam non suscipit sed
magis iram dei in se potius provo
cat et ideo potius est ei hanc petitionem
in eternum tacendam quam proferendam

Sexta est. Et ne nos inducas
in temptationem. Cum a temptatione procedit
beatitudo ut beatus vir qui suffert
temptationem ut quod petimus a domino
in temptationem non induci. Neque quod
petimus a domino in temptationem non in
duci temptatos a temptationibus
neque nunquam posse superari. Est enim
duplex temptatio. Est temptatio
probationis et est temptatio seductionis. Deus
temptat ut probet ut temptavit
deus abraham dyabolus temptat
ut seducat ut temptavit adam.
Septima est. Sed libera nos
a malo. Est duplex malum est
malum corporis et malum anime. Est
autem duplex mors anime quia primo
moritur in peccatis et postea tormen
tum patitur in penis et ita hoc
libera nos a malis ne propriis
delictis anima moriatur in peccatis
et postea eciam tormentum patiatur in penis.
Amen. Et sciendum quod hec
dictio amen aliquando ponitur adverbialiter
ut in hoc loco amen id est fiat aliquando
ponitur nominaliter ut in apocalipsi Ego
sum amen id est veritas. Aliquando ponitur
adverbialiter ut in ewangelio. Amen
amen dico vobis id est vere vere di
co vobis. Sequitur exposi
tio symboli.

Nomine
mentes apostoli symbolum
composuerunt in quo non omnes
partes fidei complexi sunt secundum xii in
sinuas tamen sicut ipsi xii erant
substituto uno mathia pro

Iudicaverit a vivis semper suam
poneret. Symbolum nomine est
compositum ex syon grece quod positione
et bolo syon i. con bolis variatta
est i. quantum pars vel alii variata
sed capit xii. verbo sententie que
construunt symbolum sic distinguendo
breviter videntur ut prima sit. Cre
do in deum patrem omnipotentem creatorem celi et terre. Secunda
Et in ihesum christum filium eius unicum dominum nostrum
Tercia qui conceptus est de spiritu sancto natus ex maria
virgine. Quarta passus sub poncio py
lato crucifixus mortuus et sepultus descendit ad inferos. Quinta
Tercia die resurrexit a mortuis. Sexta
Ascendit ad celos sedet ad dexteram dei patris.
Inde venturus est iudicare vivos et mortuos.
Septima. Credo in spiritum sanctum. Octava
Octava. Sanctam ecclesiam katholicam.
Nona sanctorum communionem. Decima
Remissionem peccatorum. Undecima Car
nis resurrectionem. Duodecima
Vitam eternam. Dicit ergo qui audit
Credo in deum si bene dixolt bitus
est iustus enim ex fide vivit non
dicit. Credo deum i. quia deus
est. Nec dicit credo deo i. quod verum
est hoc etenim credere non sufficit
ad iusticiam quia et hoc demo
nes credunt et contremiscunt
Sed dicit. Credo in deum deum
singulariter dicit ad distinctionem
ydolorum que gentiles deos esse cre
debant Credo enim est deus in uno
patre dicit quod ante tempora coeter
num sibi genuit filium coeternum et
consubstancialem patri. Omnipotentem
creatorem celi. Idem qui per omnipo
tenciam suam conditor est celestium
et terrestrium i. visibilium et invisibilium
Et in ihesum. Ihesus salvator noster est
salvans nos ad vaticinium prophete xpm
Idem xpus unctus est nomine filium
eius. Cuius filius secunda persona sit
in trinitate i. eum sicut in patre
credendum est. Cum enim equalis
sit patri in divinitate non debet
minor esse in homine. Sed sequitur
Cum filius sit omnipotens spiritus sanctus
omnipotens quare ad patrem adiunxit omni
potentem et non ad filium et non ad spiritum
sanctum ad hoc dicitur quod quedam
secum debilitas verum solet propter pat
ernitate ut fortiores sint unnoces
filii quam patres senioces sed talis
hec paternitas non est. Non enim po
tencia minuit qui sibi comparat
omnipotencia divinitatis. Cum enim mul
ti sint filii dei secundum quod Iohannes
dicit in primo quotquot autem rece
perunt eum dedit eis potestatem fili
os dei fieri. Iste filius unicus est
unigenitus coeternus et consubstancia
lis patri dominum nostrum i. celestium terrestrium
et infernorum qui conceptus est
de spiritu sancto. Cum spiritus tercia persona
sit in trinitate et premissum sit credo
in patrem. Credo in filium. Consequenter
videtur sequi credo in spiritum sanctum unum
in congruus esse ordo verborum. Nam
premisso credo in spiritum sanctum statim se
quitur qui conceptus est de spiritu sancto
et conceptus potius videtur referri
ad spiritum de quo proxime loquebatur

quam ad filium de quo remocius
Natus ex maria virgine. Sicut
conceptus peccato non infecit ita nec nati
tas corrupit virginitatem. Verumtamen sicut
conceptus non aperuit uterum ita nec
partus. Passus sub poncio pylato
pylati mencio non ad alicuius persone
dignitatem interponitur sed ad solum
temporis determinacionem ac si diceret. Iste
est qui passionem sustinuit poncio
pylato preside in iudea. Solebant
enim tempora per principes determinari. Cru
cifixus. Ignominiosissimum erat
genus mortis quod penitentibus infligebatur
potuit nec alio genere mortis mori
ihesus. Sed vellem quia crucis fuit co
veniencius que et celo gaudium
et inferno vincendum et toti mundo
separet redempcionem. Mortuus vera
quippe morte mortuus est sicut
vera nativitate natus ut a morte li
beraret et morte sua qualem nobis
vitam conferret eternam. Et sepultus
Ideo sepeliri voluit ut nos vicius
et concupiscencijs sepeliret. Descendit ad in
feria et non fuit ociosa illa trium
mora quia dum corpus iacuit in se
pulchro anima descendit ad infernum
ut animas sanctorum que a secula expecta
bant redemptorem secum duceret
in paradysum. Tercia die resur
rexit a mortuis. Feria sexta cruci
fixus dominus circa horam nonam emisit
spiritum et postea quievit et per totum se
quens sabbatum et die dominica circa horam
primam de qua cantatur mane prima
sabbati resurrexit dominus circa vidit est

sentencia. Tercia die resurrexit a
mortuis non quod tres dies inte
gri transivissent sed dierum tamen
alique partes. Ascendit ad celos
xl dies intervenerunt inter resurrexionem
domini et ascensionem eius sicut in die
pasche resurrexit ita et in die as
censionis humanam naturam quam de
homine natus assumpsit super
celos collocavit. Sedet ad dex
teram patris omnipotentis Non enim
credendus quod in hoc statu ibi sit
deus enim ubique est. Sed per dexte
ram dei gloria intelligatur. Inde
venturus iudicare. Cum dominus ad iu
dicium veniet videbunt omnia
creatores in quem pupugerunt. Tol
letur impius ne videat gloriam dei
Nec enim omnino miser esse poterit
cui deus seipsum manifestabit
vivos id est illos quos vivos inveniet
morietur et si quid adhuc in
eis erit longo tempore puniendum
pro terrore et angustia adventus
eius in momento purgabitur
mortuos id est illos quos mortu
os inveniet resuscitabit. Credo
in spiritum sanctum cum tamen tercia
persona sit in trinitate in eum sicut
in patrem et filium credendum est Sanc
tam eciam catholicam. Repetendum
est credo et in proposito pertinet
Non enim in aliquid aliud credendum
est nisi in patrem et filium et spiritum
sanctum. Sic ergo distingue. Credo eciam
catholicam esse sanctam. Eciam congregacio

fidelium. Catholica communis inter
pretatur. Sanctorum communionem. Credendum
est credo sanctorum communionem i. cum
asticorum sacramentorum veritate. Si
quis autem te interroget ut in
sermone decipiat quod sentias de corpore
et sanguine ihesu christi quod de
hijs et alijs sacramentis consoli cum
firmo hic dicere sed breviter nude i.
credo quod sancta credit. Remis
sionem peccatorum. Repetendum est Credo
remissionem peccatorum non illorum tantum
que per baptismum sacramentum lavantur sed et
illorum que per puram cordis contri
tionem et oris confessionem mundantur.
Carnis resurrectionem. Repetendum est credo
quod in die iudicii quelibet caro
resurget et quelibet anima corpori suo
quantulibet dispersio quantulibet pu
trefacto in momento associabitur
ut boni dupplici stola vestiantur
et mali duplici pena teneantur.
Vitam eternam. Repetendum est credo
vitam esse eternam. Amen quasi confir
matio est totius symboli. Ac si
dicat quidquid in hijs duodecim
sententijs continetur necessarium
est ad fidem. Sequitur Ser
mo bonus de beata virgine

Sollempnem memoriam sacra
tissime virginis marie matris
dei decet filios ecclesie so
lempni officio celebrare quippe
cum multis sanctorum concessum sit
quadam speciali dignitate familiari
tatis ut quinque eorum celebres coti
tenuit non sanderent ad salutem
eorum provinciis. Nunc sanctorum potest
quis umquam laudibus satisfacio prime
veri potentiorem patronis ant
promptiorem in subveniendo mise
ris quam dominam mundi matrem dei
miserorum misericatricem utpote ipsi
us misericordie matrem. Cum hac
amici nominis tytulo revelavit
se gloriosa tandem suo famulo
agonizanti in mortis articulo de
niquam cum ille beatus infirmus semi
animis iaceret et ad horam exitus
trepidaret i. imperiosa sub ange
lica visione sub materna consolatione
Scis ne inquit frater que sum ego
Cumque ille videret nescio domina
Tunc illa quam blande quam nimie ego
sum inquit mater tue. O vox sua
vitatis et leticie in die calamitatis
et miserie. O felix infirmus que
tali ac tanta visitatione est dignata
ad cuius adventum credi fas est
disparuisse mox omne fantasma
demonum ut migrans e mundo li
ber ad celum transiret angelica vote
vocatus ad titulum Marie. Dic
tu maria peccatrix repudiata ob
mille sordes egypti. quis tibi pate
fecit ingressum templi ad adorandum
vexillum vivifice crucis: nisi virgo
Maria. quam tu in magna necessitate
ipsius ymaginis recordatione que
sisti patronam et invenisti fide dicat
tem fidelissimam usque ad bonum ter
minus in vita sancta heremi conda.
Dic tu desperate apostata theophile

ad honoris ambitionem attitulato
dyabolo in servitute puniendi
hebrei cautum. dic mihi quis te
de manu fortis armati tam pote
ter eripuit nisi ipsa Maria. po
tens regina que tibi cyrographum re
portavit et te splendidi facie ut
sol filio suo reconciliavit. Si hec
premia parum movent ad punctum
solempnitatis festive angelorum doce vel
at ille paranymphus gabriel. Non
dico angelus. Sed summi dei archa
ngelus qui solempni ave decantat
prelum dei qua solempnitatis opporteat
Maria memoriam agere. Ave inquit
gratia plena dominus tecum. Salve
sum ave. salve festum ave modo
corde benevolo et vultu devote
Maria offendimus. O domina quid labo
ramus. quando eius premium ad sin
gula que possit capere mens humana.
Ecce rex noster emanuel quem virgo casta
ta genuisti noster celitus ecce inquit
gloriosus de te glorioso sit nostre preces
humiles pretendas excelso patri orans
ut memor tui faciat nostri propitius pueri
sui. Ergo fratres sublime gratie si fi
lium iudicem volumus placare ad benivo
lentia iudicis ait nobis festina
memoria nostris prebet autem virum festis; / Sed
nominis dominico nature si filius
bonus sit qui tenere diligat matrem a
deo fateri ut plus gaudeat matris
honore vel doleat minimo rubore
quam si honoretur vel in aliquo ipse de
honestetur plus enim filius honorat
qui sua matrem honoravit ac ipse plus
roboratur in mundo etiam quia
non possunt omnes elegerunt
vel una ebdomada die in tali
virginis nostre honore. Concur
ratur sit festiva. Maria. decernet
quod ista dies sabbati liberata ab ori
ginis opere dei habet illa antiquus
dierum ministerium requie sanctificavit
ipsius prima et octava dierum domini
cam ordinavit cuius solempni
tas nostris in sabbato quibus et pas
cha filii in domino. Mente itaque et
oculos pietas cum manibus ad te
regina mundi attollimus coram
tue celsitudinis gloria genuflec
timus. dilecte intuemur ac placans
suspiriis ad te preces in celum trans
mittimus. Tu de altitudine celi
vertas oculos tuos quibus in corporis
sibilem illam gloriam lucet etiam
cum desiderio semper intueris ad tu
os supplices in hunc mundum sen
tina de alto picturas inclinare
non despicias. Ecce coram tremen
do iudice peccatores sistimus cuius
manus terribilis gladium ire sue
vibrat super nos et quis audet
eum. Nemo domina tam potens
ut gladio domini manum pro nobis obi
ciat. tu dei amatissima per quam
primum in terris suscepimus imaginem
de manu domini dei nostri. Aperi
itaque tu nostre clementie benignissime
cordis tui ianua suspiriis pecca
toribus filiorum ade qui ex omnibus ter
minibus ad tue protectionis umbra
culum confugimus a facie fortitudinis

domini. Ad te domina psallant oculi
nostri teque cum devotionis clamore
valido obsecramus ut filii tui
domini nostri iram quam graviter peccando
suscitavimus quatenus nos mitiges, cuius
quam gratiam a qua iniusti excidimus
nobis tua prece concilies. Cuius
livore sanati sumus eius bonum nec
delam depositimus quia putrue-
runt et corrupte sunt cicatrices
nostre et non est in nobis sanitas.
Attende domina et vide dolores vulne-
rum anime nostre quia tibi reclamamus
tam magnam cum fiducia. Te enim in-
estimabilis benignitatis feminam
et veneram matrem misericordie esse cognos-
cimus. Ecce quod tu que mundum
hunc in inmundiciis lubricum in polluto
calle transisti et adhuc inter peccatores
degens tanta ante deum sanctitate
claruisti ut sola solio eterni regis
immediate approximare mereris. Tu
peccatorem quantumlibet fetidum non
horrens non despicis si ad te suspi-
raverit tuumque mercedem penitenti
corde flagitaverit. Tu illum a desperationis barathro pia manu re-
trahis spei medicamine aspiras
ac toti mundo despectum materno
affectu amplecteris foves nec
deseris quousque horrendo iudici
miserum reconcilies. Firmum sum-
mus tue benignitatis testimonium est
pro te restauratus ille theophilus.
Decet mirum o domina si tam copioso
misericordie oleo tui cordis perfusum est
sanctuarium tamen illud ineffabile

inestimabile opus misericordie quod predesti-
navit deus ante secula in redemptio-
nem primum mente a mundi artifice
fabricatum sit. Quando enim placuit
gratie superne ut habitatio in nobis
diu elongata fieret tu sola digna
inventa es ut in tua virginali aula
rex regum et dominus dominantium a regali-
bus sedibus veniens primam sibi
mansionem inter filios hominum eligeret.
Vere beneplacitum fuit deo hostie mente
Maria. Quam corpora illibate car-
nis tue substantia quasi de lignis
Libani ineffabili architectura do-
mum sibi edificavit dei sapientia. Suf-
fulsit eam septem columpnis ar-
genteis ac reclinatorium aureum
in ea collocavit. Hii sunt septem spiritus
dei et hec est unica illa margarita quam so-
lam quesitam in omnibus regnis
invenit atque in eius sinu omnes the-
sauros suos absque mensura cum
verbo spiritu sancto mente complacuit. O
Maria tum ad tuum domina misteria
uterum tuum consecrare dignatus est.
Ipse enim est ignis consumens qui sanctis-
simam animam tuam totam se ipso in-
flammavit ac splendore divine ma-
iestatis implevit tuumque uterum
ineffabili modo impregnavit sicut
quod ut deum et hominem clausa con-
ciperes clausa pareres et post partum
virgo permaneres. Iam uterum tuum
o domina velud sacratissimum dei vivi
templum totus mundus veneretur
quia in eo salus mundi initiata est.
Ibi decore indutus est filius dei ac p

electe sponse sue et tie formose. Si
stola candida exultantem occurrit
desideratum diu osculum porrexit
ac preordinatas a seculo nuptias
ergo cum virgine et in virgine prelibat.
Ibi primum ruptus est paries inimi-
ciciarum que inter celum et terram per pro-
toplastorum inobediencia consurrexerat. Ve-
rus deliciarum nobis est tunc sacra-
tissimus venter tuus O Maria quia
ex eo multiplices gaudiorum flores colli-
gimus quotiens mente recolimus
quam magna multitudo dulcedinis su-
perno orbi inde profluxerit. Ortus
conclusus tu es dei genitrix atque
defloracionis manibus peccatoris nunquam
contactus. Tu sanctarum areola aro-
matum O Maria a celesti consita
pigmentario virtutum omnium speciosis flo-
ribus delectabiliter vernans. Inter
quorum pulcherrimos tamen intermi-
cantur excellencia violam humi-
litatis lilium castitatis rosa cari-
tatis. Merito de tali areola flos
ille speciosus forma pre filiis para-
disi egressus est super quem requievit
spiritus domini et omni te assistabimus. O
nimie pulchritudinis vere paradysus
dei tu es quia lignum vite mundo
protulisti de quo qui manducaverit
vivet in eternum. Fons vite qui ex ore
altissimi prodiit de medio ventris
tui exsiliunt O Maria. Atque inde
in quatuor partes sese dispartiens ad
irrigandam faciem cunctis mundi
emanavit letificans civitatem dei.
Omnis enim qui bibit ex eo non siti-

et meritum et exemplo quod paradi-
sus hic de illius enim aqua si quis
biberit sitiet in eternum. O quanti mundo
contulisti que tam salubris aque
ductus esse meruisti. O lampas
luculentissima quantos letificasti
quando splendore glorie tue illustrata
est desideratum illud lumine quo
inventa est dragma decima se-
dentibus in tenebris et umbra mor-
tis protulisti. Ceterorum ille divini
epithalamii precentor a longe in-
tuitus est cum in amatoris voce
ita prorupit dicens. Que est ista que
progreditur quasi aurora consurgens
pulchra ut luna electa ut sol ter-
ribilis ut castrorum acies ordinata.
Sicut aurora valde rutilans
in mundo progressa es O Maria quia
veri solis splendore tante claritatis
iubar porrexisti ut vere dicere possit salu-
tis diem propiciacionis diem quem fecit
dominus a tua claritate initiari dig-
num fuit. Felix aurora felicis
diei quam extitisti O Maria
talem auroram talis dies et talem
diem talis aurora decuit. Rite
quidem aurore implesti officium. Christus
sol iusticie de te processit orien-
tium matutina quam irradiacione
preveniens multo lucis sue radios
copiose tibi infundit quibus pieta-
tis tenebrarum quas eva induxe-
rat in fugam convertisti atque desi-
deratum cunctis fidelibus solem
mundo invexisti. Tu eciam pulch-

ut luna diceris eique non imme
rito compararis. Illa enim astrorum
omnium sola soli simillima recipiendo
re benni sui artificio terris ince
primitat sideribus. Tu vero solis
ymago expressima inter milia
astrorum assistentium virginali
puritati in celis gloriosa presul
gens. Illa enim tristissimo ipse solari
lumine nocte illuminat tu virtutum
tibi a deo inditarum magnificis
exemplis ad imitationem tuam nos
provocas semper nocte mane illumi
nas. Qui enim vias tuas insec
tatus fuerit non ambulabit in tene
bris sed lumen vite inveniet.
Tamen ergo pulchra es ut luna
ymo pulchrior quam luna quia tota
pulchra es et macula non est in
te neque vicissitudinis obum
bratio. Tu electa ut sol o
Maria ille inquam solis conditor.
Ille enim electus ex millibus viro
rum tu electa ex millibus femina
rum. Ille electus ex omnibus
que sunt tu electa ex omnibus
que pura sunt. Tu terribilis ut
castrorum acies ordinata o do
mina. Annon horruerunt principes
tenebrarum qui viderunt precor
moriam in te cuncta omnia arma
turrim fortium contra se procedere
feminam fortem et ad bella
doctissimam cuius eruptionem femi
ni timores nocturnos et in
ventum eius acies valida spiritua

lium virtutum quos se in vite ordine
tuentium si quidem ordinatione perseve
rant dies. In mirabilem vero istorum
spiritualium militia ad ministerium tante
principis delegatam fuisse nulla
tenus ambigimus utpote qui cus
todirent lectulum salomonis castis
simum ac punderet ne spatium celo
recti hospitium alienus hospes in
vaderet. Animarum timor et timor
venerunt super eos ita ut diceret
Ecce plus quam enim hic. Castra dei sunt
fugiamus israhelem tu bellatrix
egregia o Maria primum enim quem
primus eva supplantavit expugnare
viriliter aggressa es. Tu enim spiritum
elationis ea virtute humilitatis
complexisti qua inter respexit dominus
ut primus mito super omnes choros
angelorum te sublimari dignum esti
mavit unique super angelos glorifica
ta ascendisses nisi prius infra omnes
homines humiliata descendisses. Tu
ardore vetite concupiscentie virtute
castitatis in tua virginea carne
carcerius extinxisti o Maria
ut is in tuo conspectu nec aspira
mida tante immunditie carnem
tua incitavit ut etiam sue divine
puritati eam agglutinare non despexit
hys ergo principalibus divinibus tenebrarum
a te fortiter expugnat omnis in
facie tua militia spiritualium nequitiarum
in fuga conversa e gloriosa dicta sunt de te
civitas dei. Sed ad huc locus est

tue laudatorum adhuc intus lau
dibus omnis lingua balbutit. Lo
cum sint loquele nostre sermones in
omni natione que sub celo est quibus
amplitudo glorie tue ad plenum va
leat explicari. O magna o pia o
multum amabilis Maria. Tu
nec nominari potes quin attendas nec
cogitari quin recrees affectus dili
gentium te. Tu numquam sine dulcedine
divinitus tibi insita pie memorie pe
tas ingredientis. Hinc sequimur te o
domina ex totis precordiis voci sentes
ad te adiuva in beatitate meam
aufer obprobrium meum. Vides hanc
tunicam pelliceam que nos induit
tunicam eue parentis nostre. Hec est
quam olim ad nos misera illa tunc
misit ac super vestivit carnis filiorum
suorum sicut diploide confusione sua
de manu quippe illius duplicem mi
b seminium terra nostra suscepit et con
cepit et peperit nobis spinas et tribulos
iniquitatis in anima calamitatis
in corpore ac per hoc mortem utrobique.
O infelix hereditas. O domina et do
ta huius carnis infirmitas usque
paciencie te consulti corpora nostra ne
uasti quia consors es valde diu sus
tinuimus te consulti nos minuisti
ab angelis quos et nimietas in supe
tibus coequasti. Nimis invaluisti
que non nisi morte filii dei sanari
potuisti. Nimis super nos te ex
tulisti quam usque ad eum qui super
omnia est in tante ascendisti. Quis
nos liberabit a corruptela huius
misere pelliciole. Gracia salua
toris nostri filii tui o Maria con
ut insania nostra tollet sponte confir
matus est et ut mors mortis
nostre ipse fieret innocens pro peccatoribus
mortuus est. Unus tamen pro docemus
ut pro nobis loquatur ad cor ihesu christi
domini nostri ut tu o felix Maria
que in secretissimis amplexibus
amatissimi filii tui suaviter tubas
in meridie sempiterno eius seque fa
miliarissimo colloquio cum plena
cordis leticia perfrueris loquere domina
quia audit filius tuus et quicquid
petieris impetrabis. Invoca nomen
bonum super nos ut eruemur a ve
tusta lepra carnis nostre. Depo
ne vinum hoc mortiferum quod de
pomo suis reliquiis eva nobis
propinavit quam sua noxialis gustu
inebriatam est absinthio et dimisit
reliquias parvulis suis utinam
ebria poculum suum ebria illa aut
totum ebibisset. Tu domina ex ore tuo
omne virus illum compescat affluencie
olei divine misericordie renovetur ut agile
invictus nostra ut novi nova noce
novum cantum novis cantibus agi
tati illic ubi sunt nova omnia
iubileum sempiternum celebrantes in
cymbalis iubilationis continua
nius. Collatur hec crassa nebula
ab oculis nostris ut revelata facie
gloriam domini speculantes immen
sum in pelagus absorbeamur a
domini spiritu ac deo nostro in unionis
caritatis affecti unus cum ipso spiritus

efficiamur prestat hoc nobis
tuo intuitu o maria filius
tuus ihesus xpistus dominus noster cui lau-
us et gloria et gratiarum actio in
sempiterna secula amen. Se

De sancta maria magdalena

In illo tempore maria stabat
ad monumentum foras plorans
et reliqua. Omelia origenis

Audiuimus de eadem lectione
fratres mariam ad monumentum
foris stantem audiuimus
mariam flentem plorantem videa-
mus si possumus eam stare vi-
deamus et plorare et prestet
nobis illius stare prestet nobis et
illius plorare. Amor faciebat
eam stare dolor cogebat eam plo-
rare. Stabat et circumspiciebat
si forte videret quem diligebat
plorabat quia quem sublatum
estimabat querebat dolor reno-
uatus erat quia quem prius doluerat
defunctum nunc dolebat abla-
tum et ille dolor maior erat quia
nullam consolationem habebat. Primi
fuit causa doloris quia virum perdide-
rat sed de hoc aliquantulam con-
solationem habebat quia mortuum
se retinere credebat. Nunc autem
se de illo dolore consolari non pote-
rat quia corpus defuncti non in-
veniebat. Metuebat ne amor
magistri ~~mei~~ sui in pectore suo fri-
gesceret quo viso in se recalesceret
venit autem maria ad monumentum
deferens secum aromata et vngenta
que preparauerat ut sicut antea
pedes viuentis vnguento precioso
vnxerat sic etiam nunc totum corpus
defuncti et vnguento liniendo vnguen-
tis et aromatibus condiret. Et sicut
ad pedes ihesu lacrimas fuderat
flens cum prius et lacrimis suis pe-
des eius rigauerat pro morte eius
sic veniebat nunc cum lacrimis
monumentum rigare pro morte magistri
sui. Cum autem non inueniret corpus
in monumento labor vngenti perit sed do-
lor lugendi non cessauit. Defuit ob-
sequio qui non defuit dolori. De-
fuit quem condiret sed non defuit
quem ploraret et quanto magis ille
deficiat plorabat itaque vehemen-
ter maria quia additus erat dolor
super dolorem duos dolores eximios
gestabat in corde quos miti-
gare lacrimis volebat sed non
valebat. Et ideo posita in dolore
mente et corpore deficiebat et quid
ageret nesciebat. Quid enim
mulier ista poterat facere nisi plo-
rare que intollerabilem habebat con-
solationem. Petrus quidem et Jo-
hannes venerat cum ea ad monu-
mentum et non invento corpore abie-
runt ad semetipsos. Maria autem
stabat ad monumentum foris plorans
et quasi desperando desperans. Petrus
et Johannes timuerunt et ideo non
steterunt. Maria non timebat quia
nichil superabat sibi super esse pro
quo timere deberet perdiderat enim

nugrum suum quem ita singular
ter diligebat ut pter eum nichil
posset dilige et nichil poss spa
re pdiderit vita eiusque sic et
iam melius arbitrabat sibi fore
mori q viue quia forsitam mo
riens inueniret que viuens i
venie no poterat sine quo tam
viuendo valebat. Fortis namque
ut mors est dilectio. Quid nam
aliud faceret mors i maria ffca
erat ex animus. Facta erat in sensi
bilis. Sentiens no sentiebat videns
no videbat audiens no audiebat
Sed neque ibi erat ubi erat quia tota
ibi erat ubi mgr suus erat de quo
tamen ubi esset nesciebat. Querebat
eum et no inueniebat ideo sta
bat ad monumentum et plorabat tota
lacrimabilis et tota miserabilis O
maria quid spei q consilii a quid
cordis erat tibi ut sola stares ad
monumentum discipulis abeuntibus
Tu ante illos venisti et cum ipsis re
disti et post ipsos remansisti. Cur
hoc fecisti. Sapiebas plus illis
aut diligebas plus q illi quia
no metuebas ut illi certe nichil
sapiebat maria nisi dilige et p
dilecto dolere Oblita erat tunc
oblita erat semetipsam oblita
erat denique omnia pter illum q
diligebat sup omnia. Et q mir
erat quod sic erat oblita et ipsum
no agnosceret. In monumento eum no
grat si ubi illius mete retiniut

si de inuento gauderet nec de sub
lato ploraret si de eius inue
ntione consultaret dixerat ihus qd sit
moriturus qd tertia die resurgeret
Sed pre dolor nimius tunc dolor
cor illius impleuerat et memoria
horum verborum deleuerat. Sed
mea villus. Omne consilium in eu
pierat spes omnis defecerat so
lummodo flere superat. Flebat ergo
quia flere poterat et diu fleret
ietinauit se et respexit in monu
mentum et vidit duos angelos in
albis sedentes unum ad caput
et unum ad pedes dicunt ei illi
mulier q ploras O maria mul
tam consolatam inuenisti et
forsitan melius tibi contigit q
sperasti. Clamam tu querebas unum
et duos inuenisti. Querebas ho
mine et angelos inuenisti et
vidisti. Querebas mortuum et
viuente inuenisti eos qui vi
dentur de te curam habere et qui no
lunt dolore tuum leuire. Ille
vero quem quis dolore tuum vi
det negligere lacrimas tuas non
videtur respice vocatis illum
et no audit orais et no exaudit
quis illum et no inuenis pulsas
et tibi no aperit sequis illum et
fugit heu quid est hoc heu
q magna mutatio heu quo
mutata e res i contrarium
Ille est ihus qui recessit a te
et quo forte nescio an diligit

te. Olim te diligebat olim te
a pharizeo defendebat et a so
rore tua dulciter excusabat.
Olim laudabat te qui unge
tem pedes ungebas lacrimis
rigabas capillis tergebas dolo
rem tuum mulcebat peccata tua
dimittebat. Olim querebat
te et cum non adesses vocabat
te et deinde dabat tibi per sororem
tuam ut ad se venires. Magister
inquit adest et vocat te. O quam
cito surrexit maria et audivit
quam cito venit ut percepit et so
lito more cecidit ad pedes tuos
o bone ihesu. Tu quoque cum vidi
sti eam contristatam contristatus
